

vim passi super damnis, & interesse, ut hic res- solvitur, docent Gregorius in l. 9. tit. 10. par- tit. 7. Didacus Perez in l. 1. tit. 5. lib. 3. ordi- namenti. glossa 2. Stephanus de privilegii juram. privilegio 31. num. 102. Malfardus de probatio- nibus, conclusio 52. num. 13. & conclus. 1329. num. 18. Menochius de arbitrariis, casu 28. nu- mer. 26. Salzedo ad Bernardum Diaz regu. 186. Tuschus liter. l. corol. 538. Farinacius in frag- mentis, verb. Juramentum, ex num. 985. & que- sitione 24. ex num. 216. Barbosa in Collectanea, cap. final. de his que vi, num. 2. Escobar de ratio- cinis, cap. 15. & plurimos referens, & materiam latissime explicans Hermosilla in annotationibus ad leg. 8. tit. 1. 3. part. 5. gloss. 6. & sequentibus, quem omnino videas; istud vero juramentum personis suspectis non deferatur, ut advertunt su- pradicti, & Narbona ad l. 1. tit. 18. lib. 5. Re- copil. gloss. 4. num. 5.

Item adde quod potest vassallus impune non recipere in civitate, vel oppido Dominum venientem e loco peste infecto, vel suspecto, ut post Ripam, & Menochium lib. 3. presumpt. 44. n. 9. ait Cancercius, variarum, 2. part. cap. 10. num. 62.

CAPUT V.

De Furto.

SUMMARI A.

- 1 Furti diffinitio qualis sit?
- 2 Anteneatur furti qui recinet rem deperditam ignorando ejus dominum, & non facit pre- conizare?
- 3 Si filiusfamilias, vel servus surripiat rem, an teneatur furti?
- 4 Pro primo furto, qua pena puniatur?
- 5 Pro secundo furto, qua pena imponatur?
- 6 Pro tertio furto, an imponatur pena mortis?
- 7 Si fur commisit unum furtum magnum, quod aequivaleat tribus, an possit su- ca sustineri?
- 8 Si fur commisit duo furta in aliis locis, & ser- vium furtum commisit in loco, in quo fuit cap- tus, an possit condemnari ad mortem tan- quam famosus latro, qui commisit tria furta?
- 9 An requiratur ad hoc, ut pro tertio furto fur ad mortem condemnatur, quod pro duobus cri- minis sit puniatur?
- 10 Si aliquis furatus est in itinere publico, an dicatur famosus latro, ut pro uno furto ei im- ponatur pena mortis.
- 11 Illi qui furatur de Ecclesia rem sacram, an im- ponatur pena mortis?
- 12 An ille qui facit furtum cum violentia, puniatur pena mortis?
- 13 An ille qui pecora, & animalia furatur, pena mortis puniatur?
- 14 Si quis commisit furtum in hac civitate, & re- peritur sine auriculis, an sit sufficiens pre- sumptio, quod jam commisit duo furta, & sic possit exdemniari ad mortem?
- 15 An ille qui invenitur in domo alterius causa furandi, & nihil capere, puniatur pena furis?
- 16 An receptans furem teneatur eadem pena, qua ipse principalis?

SEPTIMO principaliter dico, quod est aliud Scrimen privatum furti. Pro cuius perfecta declaratione dico, quod furtum est contractatio rei alienae fraudulosa, invito domino, luci faciendi causa; textus est in leg. 1. §. fin. ff. de furtis, textus in §. furtum, Instit. de obligat. qua ex delict. nasc. & ibi communiter Doctores, & idem disponit l. 1. tit. 14. 7. part. Ex quo inferatur, quod si quis propria auctoritate accepit rem alterius, pro aliquo ulu, vel necessitate, credens dominum permissu- rum, & concurrit aliqua iusta causa ad hoc pra- sumendum, quia hoc dixit, & protestatus est coram aliquibus, vel erat conjunctus, vel valde am- cus, vel res erat parva, vel dominus erat consuetus talia concedere, non tenebitur furti: ita probant praedicta jura, & in expresse probant textus in leg. inter omnes, §. restit. ff. de furtis. Cujus verba sunt: Restit. de furtis est, qui putavit se domini voluntate rem attingere non esse furem: quid enim dolo fecit, qui putavit dominum concessurum fuisse, sive falsis, sive vere reperit. Is ergo solus fur est, qui contractavit, quod invito domino se facere scivit, & ibi notat Gloss. ordinaria, Bart. Angel. & communiter Doctores, text. in leg. qui re sibi commodatus, eodem tit. text. in §. placuit, Instit. de oblig. qua ex delicto nasc. In dubio vero semper praesumitur contra forem, quod invito domino animo furandi faciat, ita probat textus in l. qui vas, §. veterare, ff. de furtis. Cujus verba sunt: Veterare autem dominum accipimus etiam eum, qui ignorat, hoc est eum, qui non consensit, & ibi Glossa ordina- ria, Bart. & communiter Doctores, tenet etiam & declarat Abbas Panorm. in cap. dubium, et l. de election. 6. colum. num. 8. & ibi alii Doctores idem Abb. in cap. 1. de presumpt. fin. col. num. 3. & ibi etiam communiter Doctores. Neque obstat Gloss. singularis & ordinaria in §. sed iste quidem, Instit. de act. tit. gloss. magna in medio, ubi habetur, quod in his que dependent a merato conscientia, & intentione alicujus, statuit soli sua assertioni: quam ibi ad hoc summe notant & commendant Doctores. & in locis ibi per eos allegatis, quia procedit, & debet intelligi, quando praesumptio aliqua non militat contra eum. Secus vero aliis, ut in nostro casu per praedicta jura, & in terminis ita tenet, & declarat Bart. in d. §. restit. 1. colum. in fin. & ibi communiter Doctores. tenet etiam Moderni in d. §. sed iste quidem, praecipue Jas. 18. col. n. 88. pro quo facit text. in cap. vidua, de regular. & ibi notat Abbas, & communiter Doctores. Ex quo deducitur & inferatur, quod si quis accipiat rem cuius dominum ignorat, vel inveniat rem deperditam, quam sibi re- inet non demonstrando, vel preconizando, tenetur furti, textus est in l. falsus, §. qui alienum ff. de fur. Cujus verba sunt [Qui alienum quid jacens in terra luci faciendi causa furtulit, furti obstringitur, sive scit ejus sit, sive ignoravit: nihil enim ad furtum minuendum facit quod ejus sit ignoret,] & ibi notat Bart. & communiter Doctores probat etiam textus cum ratione in l. fin. vers. omnes, Cod. unde vi. Si vero facta competenti diligentia non invenia- tur dominus, tunc inventor tenetur vendere, & pretium dare, & restituere pauperibus pro anima veri domini, argumento text. in authent. omnes peregrini, C. com. de success. & per eum ita tenet Bart. in d. §. qui alienum, & ibi Alber. & alii Doctores. Bald. in l. 1. ff. de rerum divis. 2. lectur. 1. col. n. 3. Abb. Panorm. in cap. cum dilecti de accus. penult. col. num. 22. & ibi Felin. 7. col. n. 7. idem Abbas in cap. final. de furtis, 1. colum. not. 3. hodie tamen

Inventor tamen in nostro regno disponitur, quod hoc casu inventor, vel ille ad quem res de publico pertinet teneatur, rem inventam certo modo & forma preconizare, ita ut si dominus veniat, & appareat, eam recuperet soluta expensa super ea facta, tempore vero ibi determinato transacto sibi applicatur; aliis vero ibi solemnitas & forma illius legis non sit servata, tenetur restituere tan- quam fur, ita disponit l. 1. tit. 12. 4. 6. ordin. Ex quibus etiam deducitur & inferatur, quod si post commissum furtum comparet dominus rei, & dicat & afferat sua voluntate, & eo permittente esse factum, non exculatur fur, quia in dubio praesumitur, quod eo invito fuit factum, unde ex tali delicto est quæsitum jus vindictæ reipublicæ propter offensam sibi factam, quod non potest dominus ei auferre, dicendo sua voluntate esse commissum, nisi concurrat aliqua praesumptio & conjectura, ex qua posset hoc veritatem credi, & in expresse ita tenet & declarat Bart. in d. l. inter omnes, §. restit. ff. de furtis, 1. col. n. 2. & ibi Angel. de Perus. Bald. in d. transigere, C. de transact. penult. col. n. 12. & ibi alii Doctores, idem Bald. in l. falsus, Cod. de furt. 3. col. Abbas in cap. dudum, et l. de election. 6. col. n. 18. Angel. de malef. in part. com- parent dilecti inquisiti, & in terminis defensionis, 6. col. vers. quid si fur, & ibi ejus additionator.

Et ex superioribus necessariò quæro, si filius- familias, uxor, consanguineus, familiaris, vel sanguineus, servus surripiat rem, an teneatur furti? & respo- sive dico, quod si res sit parvi valoris, non tenetur furti, licet dominus possit suam rem re- medio civili recuperare: si vero sit magni valoris, tenetur furti, & potest criminaliter accusari, text. est in l. respiciendum, §. furti domestica, ff. de panis. Cujus verba sunt: Furti domestica, si le- viora sunt, publice vindicanda non sunt, nec admit- tenda est huiusmodi accusatio, & ibi notat Gloss. ordinaria, Bartol. Alber. Angel. & communiter Doctores, text. in l. servi & filii, ff. de furtis, text. in l. qui servo, §. item placuit, eodem tit. text. in l. si quis uxori, eodem tit. text. in l. si liberus, eodem tit. text. in l. prator edixit, §. prator, ff. de inju- riis, text. in l. homo liber, vers. sed & damnum, ff. de acqui. rer. domini, text. in l. 1. §. per totum, ff. rerum amotarum, text. in l. 2. §. per totum, Cod. eodem tit. text. in l. apud antiquos, §. fin. C. de furtis, text. in §. hi qui, Instit. de obligat. qua ex delict. nascunt. & utrobique communiter Doct. & idem dispo- nit l. 4. tit. 14. 7. part. & adde, quod dicitur fur- tum parvum, vel magnum, iudicis arbitrio se- cundum Doctores ubi supra: unum tamen est, quod respectu existentis in potestate, iudex dic- tabit sententiam secundum voluntatem patris, text. est in leg. 3. & 4. C. de patria potestate, & ibi communiter Doctores.

Item quæro quæ sit pena furti: In quo arti- colo magistraliter & resolutivè dico, quod pro primo furto ultra restitutionem imponitur pena pecuniaria quadrupli applicanda parti, si furtum est manifestum: si vero non est manifestum, im- ponitur pena dupli. textus est in l. 2. §. 3. ff. de fur- tis, text. in l. id fur. & in l. si quis ex domo, cum similibus, in eodem tit. text. in §. conceptum, vers. pena autem, Instit. de obligat. qua ex delict. nascuntur text. in §. ex maleficio, Instit. de action. text. in §. qua- drupli, eodem tit. text. in §. in duplum, eodem tit. & utrobique Glossa ordinaria, & idem disponit l. 8. tit. 17. 4. 7. part. & dicitur manifestum, quan- do fur deprehenditur cum ipso furto, vel à domi- no vel ab alio, antequam perveniat ad locum

destinatum: text. est in l. cum duobus sequentibus, ff. de furtis, textus in §. furtorum, Instit. de obligat. qua ex delict. nascuntur. Item etiam ultra hanc penam pecuniariam punitur fur pena corporali extra- ordinaria, iudicis arbitrio secundum qualitatè fur- ti & personæ, textus est notabilis qui sic debet intelligi in l. fin. ff. de furtis. Cujus verba sunt: (Meminit oportebit nunc furti plerumque cri- minaliter agi non quasi publicum sit iudicium, sed quia visum est temeritatem agentium etiam extraordinaria animadversione coercendam,) & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & per illius textum ita tenet & declarat Bartol. licet corrupte alleget in authent. sed novo iure, Cod. de servis fugiivis, & ibi Angel. Salycet & commu- niter alii Doctores Odofred. in l. unica, Cod. quan- do civilis actio crim. pra. penult. col. & ibi Angel. de Perus. 1. col. Specul. in tit. de furtis, 2. col. num. 31. Hostiens. in sua summa, in rubr. de condictione fur- tiva, vers. qua pena, Angel. de Aretin. in tract. ma- leficio, in parte, & vestem celestem absulit, 2. col. Gan- dinus in tit. de furibus & latronibus, 3. col. Verum tamen est, quod ille text. & conclusio, & doc- trina ex eo elicit videatur dubia, quia non reperitur dispositum, quod pro primo furto ultra penam pecuniariam, quadrupli, vel dupli imponatur pena corporalis, quia nemo duplici pena debet puniri, in l. senatus, ff. de accusatio- nibus. Confirmatur etiam, quia quando actio civilis pecuniaria datur ad vindictam, non debet imponi corporalis, ut in l. quod Senatus consultum, ff. de inju- riis, text. in l. prator edixit, §. si dicatur, eodem tit. text. in l. unico cum materia, Cod. quan- do civilis actio crim. pra. jud. in §. in summa, Instit. de inju- riis. Et in terminis his rationibus, & funda- mentis istam sententiam & conclusionem tenet Ludov. Romanus in consiliis suis, consil. 152. & tenendo istam partem non obstat text. in d. l. 1. fin. de furtis, quia posset dupliciter intelligi. Primò modo, quod loquatur de actione civili ad ipsam rem, vel estimationem persequendam, & de accusatione criminali ad penam, non vero de aliqua pena pecuniaria quadrupli vel dupli. Vel aliter & secundò, quod loquatur de pena civili pecuniaria, & similiter de pena criminali, sed alternativè, taliter quod una electa, tollat- tur alia, quia utraque tendit ad vindictam, ut probavi. Sed his non obstantibus ego teneo primam sententiam & conclusionem, imò quod pro primo furto possit imponi pena pecuniaria applicanda parti, & etiam pena corporalis arbit- raria per textum cum communi opinione, in d. l. 1. final. ff. de furtis, & ultra eum ita probat text. in authent. sed novo iure, Cod. de servis fugi- tivis, ubi habetur, quod pro furto non moriatur latro, nec membrum ei abscindatur, sed aliter puniatur: ergo probat quod de jure anti- quo imponebatur pena corporalis arbitraria, quam hodie vult limitare, ut non sit mortis, vel membri abscissionis, sed alia mitior & levior, & idem expresse probat lex 18. tit. 14. 7. part. Nec obstat prima ratio contraria superius adducta, quod nemo debet duplici pena puniri, quia illud est verum, quando pena ponitur electivè non vero copulativè, ut in nostro casu. Non obstat etiam secunda ratio, quod quando actio civilis pecuniaria datur ad vindictam, non debet imponi corporalis, quia una tollit aliam, quia procedit, quando actio civilis pecuniaria imponitur à jure propter offensam personæ, non vero propter rem familiarem, ita probat text. in l. uno

Furtum quod sit.

Accipiens auctoritate propria quando non committit furtum.

Filius, uxor, con- sanguineus, servus furti.

Furti di- citur par- tum vel maximum iudicis a- bitrio.

Pena pri- ma furti.

Accipiens rem cuius dominum ignorat.

Furti ma- nifestum quid.

Luna, quando civil actio crimin. pra. & ibi notant & commendant Doctores. probat etiam Gloss. singulari in l. 2. §. emancipatus filius ff. de colat. bonorum, quam ibi notant & commendant Bartol. & alii Doctores. & eam dicit singularem, & unicam Imol. in l. interdam, col. ff. de publ. ind. item Jal. in l. rei judicate, §. 1. ff. solut. matrim. similis tamen Glossa est in l. pro heredib. §. fin. ff. de acquir. hered. in gloss. sing. & ibi notant Alexand. & Moderni.

4. Unum tamen est, quod non potest utraque actio civilis & criminalis in uno eodemque libello cumulari, ut in d. l. una, & ibi plenè notatur, hodie tamen in nostro regno pro primo furto imponitur poena pecuniaria, ut solvat rem, & duplum ejus parti & septies valorem ejus filco, ita disponit. l. 6. tit. 5. l. 4. fori legum, & lex. 2. tit. 13. eod. l.

Unde in locis ubi viget illa lex & consuetudo, non punitur criminaliter, quia poena applicatur filco, sed in aliis locis & partibus, ubi non viget, nec servatur illa consuetudo, standum est juri communi. Sed certè communiter in majori parte regni de consuetudine non imponitur poena pecuniaria applicanda parti nec filco, sed solum corporalis, vel alia judicis arbitrio, secundum qualitatem furti & personæ.

5. Pro secundo furto poena augetur, quia imponitur prædicta poena pecuniaria quadrupli, vel dupli, & aggravatur poena corporalis judicis arbitrio: quia de jure propter reiterationem & frequentiam delicti, aggravatur poena: textus est in l. 3. Cod. de Episc. auasien. text. in l. capit. alium, §. solem. & in §. grassatores ff. de penis, text. in l. 3. versic. si plures, ff. de militari, text. in l. servus, C. ad legem Juliam de vi, text. in l. 1. ff. de jure patron. text. in l. quicumque, versic. 1. C. de servis fugitivis, text. in l. 1. C. de superexactoribus, l. 10. text. in l. 2. C. de primicerio, l. 12. text. in l. 3. C. de domesticis & prætoribus, eod. tit. text. l. fin. C. de comatu, eod. lib. Hodie tamen in nostro regno pro secundo furto communiter imponitur poena flagellorum & abscissionis auricularum, quam poenam auricularum pro furto invenit l. 6. tit. 5. l. 4. for. l. 1. §. 1. tit. 18. 2. part. licet prædicta lex fori pro secundo furto imponat poenam mortis, quæ in hoc non servatur.

6. Pro tertio vero furto similiter augetur poena, & licet non reperitur jure cautum, tamen de generali consuetudine imponitur poena mortis, quia per reiterationem & frequentiam delicti efficitur famosus, & famosus latro debet furcâ suspendi, ut in l. capitalium, §. famosus, ff. de penis, & in expresso isto fundamento, & consideratione istam sententiam, & conclusionem tenet Gloss. ordinaria in authent. sed novo jure, C. de servis fugitivis, in verbo castigabitur, & ibi Bald. l. 1. col. n. versic. 3. notab. Paulus de Castro l. col. n. 6. & ista est communis opinio Doctorum secundum Cæpollam ibi, l. 9. col. n. 37. Angel. de Aret. in §. ex maleficiis, Instit. de action. 2. col. n. 4. & ibi Jason, col. n. 12. Angel. de Aret. in tract. malef. in parte, & vestem caelestem abstulit, 4. col. n. versic. & nota bene, & ibi ejus additionator Gandinus in eod. tract. in tit. de furibus & latronibus, 2. col. Bonifacius in eod. tract. in tit. de furis, robariis, latronibus, l. 1. col. n. versic. sed quali poena corporali punitur.

7. Unum tamen est, quod si quis commisit unum furturn magnum, quod æquivalet tribus, potest furcâ suspendi. Primò argumento textus in l. si is

qui tres, §. fin. ff. de execu. tur. ubi habetur, quod sicut tria onera, tutelam excusant à tutela, ita eodem modo una tutela magna, quæ contineat magnum & amplum patrimonium. Item & secundo, quia propter immanitatem criminis, licitum est leges transgredi, secundum Innoc. in cap. de constit. quod dictum sequitur, & reputat singulare Bald. in cap. 1. §. injuria, l. col. n. 1. de pace juram. firm. Idem Bald. in l. observare, §. proficisci, 4. col. 11. quæst. ff. de offic. proconsul. & leg. Idem Bald. in l. 1. Cod. de precibus imper. offer. & ibi Jal. l. 1. col. & notab. Felin. in cap. qualiter & quando, §. ad corrigendos, 6. col. n. 37. de accusat. pro qua sententia & conclusionem facit bonus textus in leg. si quis filio exheredato, §. hi autem omnes, ff. de injusto rupto, ubi habetur quod licet generaliter in omni causa præcipue criminali habeat locum appellatio, tamen ex causa potest judex eam denegare, si imminet aliquod periculum, vel scandalum in republica: & ad hoc notat & commendat ibi Bald. & communiter Doctores: & licet Bald. in authent. hodie, Cod. de judic. limitet illud in iudicibus majoribus, & supremis, non verò in minoribus, quia jurant simpliciter servare leges & statuta: & ibi sequitur alii Doctores. tamen certè in omnibus videatur procedere, & habere locum, quia licet jurent, tamen intelligitur cum hac restrictione & limitatione, & in expresso quod pro uno furto magno, quod æquivalet tribus latro debeat mori, & furcâ suspendi per prædicta fundamenta, tenent originaliter Bald. in authent. sed novo jure, Cod. de servis fugitivis, l. 1. col. in fine, idem Bald. in cap. 1. §. injuria, de pace juramento firmato, 2. col. n. 8. in verbis feudorum, Angel. de Perus. in leg. quod nolit, §. qui assidua, ff. de adit. edicto, Angel. de Aret. in §. ex maleficiis, Instit. de action. 2. col. n. 5. idem Angel. ubi reputat singulare in §. 1. Instit. de bonorum raptorum, idem Angel. in tract. malef. in parte, & vestem caelestem abstulit, §. col. versic. nunc sumpta occasione, ubi dicit, quod ita femel præcavit Perusii, dum assideret Hippolytus de Marsiliis in l. unius, §. cogniturum, ff. de quæst. penult. col. n. 79. Abbas Panormit. in cap. 1. iter alia de innum. Eccles. pen. col. n. 3. l. Gloss. in l. 6. tit. 5. lib. 4. for. l. in glos. 1. in medio. Sed his non obstantibus contrarium d est tenendum: imò, quod pro uno furto quantumcumque magno non potest imponi poena mortis. Primò quia hoc non reperitur jure cautum. Secundò, quia si pro tertio furto imponitur poena mortis, est propter reiterationem & frequentiam delicti, non verò propter magnitudinem ejus, quæ ratio finalis cessat in primo furto, etiam magno. Tertio quia nunquam potest cognosci quod furtum diceretur magnum vel parvum, necessarîo relinquere judicis arbitrio, & in expresso ita tenet Salyc. in aurb. sed novo jure, C. de servis fugitivis, 2. col. n. 10. & ibi Paul. de Castro l. col. n. 6. Cæpoll. 14. col. n. 30. Angel. de Arimino in addit. ad Ang. de malef. in parte, & vestem caelestem abstulit, §. col. in fin. Jal. l. 1. C. de precib. imper. offer. 2. col. n. 4. idem Jal. in §. ex maleficiis, Instit. de action. 3. col. n. 12. Joan. de Anan. c. 1. de furis, §. col. fin. quos ego sequor.

Quero tamen circa prædicta, si fur, vel latro commisit duo furta in alio loco, & territorio, & tertium furtum commissio in hac civitate, vel loco, ubi fuit captus, an possit condemnari ad mortem tanquam famosus latro, qui commisit tria furta? & videatur quod non, quia judex hujus civitatis, vel loci non potest cognoscere

Argum. 1. Argum. 2. Argum. 3.

de criminibus alibi commissis extra jurisdictionem suam ut in l. final. ff. de jurisdictione judic. & in l. 3. ff. de offic. pra. & in authent. qua in provincia, C. ubi de crimin. agi oportet. & utrobique communiter Doctores. Sed contrarium est tenendum, imò, quod possit condemnari ad mortem, & furcâ suspendi, quia illa delicta alibi commissis aggravant istud tertium furtum, ut pro eo possit condemnari ad mortem: & licet judex non possit de primis furis alibi commissis principaliter cognoscere, tamen incidenter poterit quoad aggravandam poenam hujus furti, quia ex reiteratione & frequentia delinquendi augetur poena, ut supra dictum est: illa qualitas consideratur, modò priora delicta sint commissis in uno eodemque loco, & territorio, modò in diversis, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in l. si cui, §. final. de ac. us. fin. quæst. & ibi Angel. de Perus. & alii Doctores, idem Bartol. in authent. ut nulli suscipiam, §. si verò quis comprehensorem, col. 7. & ante eum ibi Jacob. de Bellovisio in quæst. Bald. in authent. sed novo jure, Cod. de servis fugitivis, 2. col. n. 4. ibi Paul. de Castro 2. col. n. 7. Cæpoll. 2. col. n. 4. & idem Bald. in l. fin. ff. de jurisdictione judic. l. 3. col. n. 1. Idem Bald. in leg. verum si sit cert. res. l. col. n. fin. Salyc. in l. servus, Cod. ad legem Jul. de vi, 2. col. n. 10. Angel. de Aret. in §. ex maleficiis, Instit. de act. 2. col. in fin. n. 5. idem Angel. de Aret. in tract. malef. in parte, & vestem caelestem abstulit, 6. col. n. versic. quæro si alius, Gandinus in eodem tractatu, in tit. de foribus & latron. l. col. Jal. in l. cum quibus, §. in popularibus, ff. de iurejur. l. col. n. 12. Abbas Panormit. in cap. 1. de clerico percussore num. 2. Idem Abbas in cap. 1. de penis 2. col. n. 4. Anchar. in elem. 1. de penis, fin. col. n. 21. Joan. de Anan. in cap. fin. gloss. in l. 6. tit. 5. lib. 4. for. l. in glos. 4. quod est singulare & valde notandum in practica; & idem est, quando jam prima furta essent tempore præscripta, quia similiter licet de eis principaliter non possit cognosci, tamen bene aggravant tertium furtum, ut pro eo possit latro condemnari ad mortem & furcâ suspendi: ita Bald. in authent. sed novo jure, Cod. de servis fugitivis, l. 1. n. 4. idem Bald. ubi valde commendat in authent. qui semel, Cod. quomodo & quando iudex, §. col. n. 2. & ibi Salyc. fin. col. & quæst. Jal. ubi reputat singulare in l. si idem cum eod. ff. de jurisdictione judic. 2. col. n. 5.

9. Secundum furum an aggravet tertium.

Advertendum tamen quod ad hoc, ut primum & secundum furtum aggravent tertium, ut possit latro condemnari ad mortem, & furcâ suspendi, videatur requiri, quod primo & secundo fuerit jam condemnatus & punitus, quia aliàs non dicitur incorrigibilis, pro qua sententia & conclusionem primò facit textus notabilis in l. capitalium, §. sol. n. ff. de penis, ubi dicit textus quod feditiosus & delinquentur in acclamando & congregando gentes puniuntur gravi poena, de qua ibi & si postea commiserit aliud simile delictum, & aggravantur poenis, ita demum pro primo sint puniti & correcti. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, text. in c. p. cum non ab homine de iud. text. in cap. grave, de prob. text. in authent. ut licet matri & avia, §. si quis in sua domo, col. 7. text. in authent. de Eccles. tit. §. si autem, col. 9. textus in authent. si quis ei e. de adult. & utrobique communiter Doctores.

Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imò quod talis latro possit pro tertio furto ad mortem condemnari & furcâ suspendi,

licet pro primo & secundo furto non fuerit punitus. Primò, quia propter frequentiam & reiterationem delinquendi aggravatur delictum & ejus poena, ut supra probavi, & non requiritur jura, quod fuerit prius punitus vel non. Secundò facit textus bene notandus in l. servus, Cod. ad legem Juliam de vi, qui solum requirit reiterationem delicti ad aggravandam ejus poenam & non punitonem aliquam. Tertio facit textus singularis & expressus in l. capitalium §. grassatores, ff. de penis. Cujus verba sunt: Grassatores, qui præda causâ id faciunt proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur, utique si sapius atque in itinibus hoc admiserunt. Quarto etiam facit textus in l. fin. ff. de abigeis, Cujus verba sunt: Qui sapius ab egrum, licet super unum vel alterum pecuniis fuerint, tamen abigei sunt, & in terminis ita tenet Bartolus si rectè consideretur in l. si cui, §. fin. ff. de accusat. * Et hoc pensabam versus quandam faminam quæ ter punita fuit pro furis commissis, l. pro 1. poena danti, pro 2. poena flagellorum, & postea fuit accusata de furto medio tempore commissio, & dixi, & consului pro ea quod non deberet poenâ mortis puniri, quia posteriora delicta non gravant primum, & ita fuit pronuntiatum, & favore divino liberata à poena mortis, poenâ extraordinariâ ei impositâ.

Ex quibus deducitur & inferitur, quod si talis fur vel latro commisit furta tria in diversis locis, & judex primi delicti cognoscet de eo, non possit condemnare ad mortem, quia posteriora delicta non aggravant primum: ita probant prædicta jura, & ibi communiter Doctores, & in expresso ita tenet Angel. de Perus. in consiliis suis insertis in consiliis Bald. in §. volumine consiliorum, consil. 448. Advertendum etiam, quod contra prædicta facit textus fortis & terribilis in cap. 1. §. si quis quinque solidos, de pace tenenda, & ejus violatoribus, in verbis feudorum, ubi disponit, quod si quis furatus fuerit quinque solidos, vel valorem eorum, furcâ suspenditur. Cujus verba sunt: Si quis quinque solidos valens, aut plus furatus fuerit, laqueo suspendatur, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores; sed breviter ille textus non obstat quia de generali consuetudine non servatur, tanquam rigorosus, ita dicit ibi Jacob. de Bellovisio, & alii Doctores. Gloss. ordinaria in c. 1. §. injuria, in verbo, legitime, in fin. de pace juram. firmam. Vel aliter, & secundo dicamus, quod ille textus debet intelligi, quod ille fur & latro non puniatur poenâ mortis solum propter delictum furti, sed propter qualitatem alterius delicti connexi, scilicet pacis ruptæ, quia per illud furtum, fur & latro fregit pacem, quam fecerat cum offenso, & idè tam gravi poena punitur, & hoc aperte probat ille textus juncta rubrica in qua est situatus, & confirmatur per textum in l. fin. ff. de re militari, ubi habetur, quod ille qui fregit pacem, puniatur poenâ mortis. Cujus verba sunt: Miles turbator pacis capite punitur, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, & in expresso ita tenet & declarat Bald. in dict. cap. 1. §. si quis quinque solidos, in fin. & ibi Alvarotus 2. col. n. Angel. de Aretio. in §. ex maleficiis, Instit. de action. 2. col. n. 4. & ibi Jason. l. col. n. 3. Salycet. in authent. sed novo jure, Cod. de servis fugitivis, §. col. n. 8. & ibi alii Doctores. præcipue Cæpolla 2. col. & 2. appo. Abbas in cap. final. de furis, in fin. & ibi alii Doctores. idem Abbas in cap. inter alia

8. Qui commisit tria furta in diversis locis an possit puniri ut famosus latro.

alia, de immunitate Ecclesiarum, fina. column. Angel. de malef. in parte, vestem caelestem abfultis, 4. col. vers. & nota bene. Bonifacius in eodem tract. in tit. de furtis, robariis & latrociniis, 2. col. in fin. Adde tamen quod aliqui sunt casus in quibus pro uno tantum furto imponitur pena mortis: Primus est, quando quis commisit furtum in itinere publico, vel mari, quia ille vocatur famosus latro, & quia, ut plurimum talia furta perpetrantur cum homicidio, vel causam ejus praebent; textus est in leg. capitulum, §. famosus, de pen. Cujus verba sunt: Famosos latrones in his locis, ubi grassari sunt, fore sfigendos quampluribus placuit, ut & conspectu terreantur alii ab usum facinorosis, & solatio sint agnatis & affinis in interemptorium, eodem loco pena reddita, quo latrones homicidia fecissent: unum tamen est, quod Glossi, ordinaria ibi dicit & tenet, quod etiam hoc casu non sufficit primum furtum, nisi interveniat homicidium vel sequatur secundum, vel tertium furtum, & etiam tenet & sequitur Bartol. Alberic. & communiter Doct. idem tenet Angel. de Perus. in autb. sed novo jure, C. de servis fugis, & ibi Capola antepen. col. n. 48. Angel. de Aretio in §. x. maleficia, Instit. de action. 2. col. n. 4. Hostiens. in summa in rubr. de condemn. furti, vers. qua pena, pro quibus facit textus expressus in l. capitalium, §. grassatores, ff. de penis. Cujus verba sunt: Grassatores qui praeda causa id faciunt, proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi & spoliare instituerint, capite puniuntur, utique si sapius in itineribus hoc admitterent, ceteri in metallum damnantur, vel insulam relegantur, & ibi communiter Doct. sed hodie in nostro regno hoc casu pro primo furto in itinere publico vel mari punitur pena mortis, licet non interveniat homicidium; ita determinat lex 18. tit. 14. 7. part. licet illa lex possit intelligi secundum jus commune, scilicet quando bis, vel saepius talia delicta commisit, vel quando secutum est homicidium; sed licet ista opinio videatur verior & aequior, tamen prima esset tenenda in judicando, & consulendo pro praedictam legem partia. Cujus verba sunt: Mas por razon de furto no deve matar nisi coram membro fueras endese fuisse latron conocho que manifestamente oviesse caminando robado se o en la mar con navios armados aquien dixen co-sarios. Sed intelligo, quando ex proposito quis erat in itinere publico positus, ut furtum faceret transcurrentibus, vel cum navi ex ista causa erat positus in mari.

Secundus casus est, quando quis furatur de Ecclesia aliquam rem sacram quia tunc committit propriè sacrilegium, & punitur pena mortis, textus in l. 4. ff. ad l. Juliam peculatus, textus in l. sacrilegii, sed. tit. text. in l. si quis in hoc genus C. de Episc. & Cler. & utrobique communiter Doctores; verum tamen est, quod de jure communi non semper imponebatur pena mortis, sed ex qualitate personarum, & ipsius delicti textus est in dist. l. sacrilegii. Cujus verba sunt: Sacrilegii panam debet Proconsul pro qualitate persona, proque rei conditione, & temporis, & aetatis, & sexus, vel severius, vel clementius statuere. & ibi notat Bart. Alberic. & communiter Doct. Azor in summ. C. de crimin. sacri, & ibi Salyc. in rubric. Doct. in l. 3. C. de furtis, hodie vero indistinctè tenetur pena mortis; ita expressè disponit praedicta lex 18. tit. 14. 7. part. in quantum dicit, O ladron que furtaste de la Iglesia, o de otro lugar religioso alguna cosa sancta o sagrada, quam legem

perpetuè notabilis ad hoc, & ita in isto regno practiacatur. Dubium tamen necessarium est circa illam legem, quae dicitur res sacra, vel sancta; & certe potest dici quod custodia, calix, ara, vestimentum, & similes res, non vero aliae quae pertinent ad ornatum, & cultum divinum, ut vasa quibus ponitur vinum & aqua, vel aliquid pallium, vel lignum, quo cooperiuntur altaria. Sed quid dicemus de cruce; & certè jam iste casus contingit in hac civitate, & fuit valde dubius, & videtur, quod respectu representationis, in quantum repraesentant illam veram crucem in qua Dominus noster Iesus Christus passus est, sancta & sacra reputetur, sed respectu materiae ex qua est facta & composita, non: quia non est benedicta nec consecrata ab Episcopo, vel Praelato. Item etiam, quia si dicit eam sanctam & sacram ut imponatur pena mortis, & sequeretur, quod licet sit ex ferro, ligno, lapide, vel alia simili materia, deberet eadem pena mortis imponi ergo in dubio strictius, & propius intelligatur res sacra ad imponendam penam mortis: & ita probat lex 2. tit. 14. 1. part. & l. 1. & 2. tit. 18. 1. part. ubi expressè dicitur, quod crux est sancta & sacra respectu representationis, licet materia ejus non sit sancta, nec sacra; & ita videtur tenere sanctos. Thomas 2. 2. quest. 5. arti. ut. 3. versicul. respondeo, & per consequens non esset imponenda pena mortis, nisi alia causa gravis concurreret.

Tertius casus est, quando furtum est qualificatum; scilicet cum violentia, vel effractione domus alterius, ita disponit praedicta lex part. ibi dum dicit, o si fuisse latrones que oviesse entrado por fuerza en las casas o en los lugares de otro para robar con armas, o sin armas: sed certè de jure communi hoc casu non imponebatur pena mortis, licet aggravaretur pena prima, argumento textus notabilis in l. 1. §. expoliatores ff. de effractionibus, & ibi Bartolus, Albericus, & communiter Doctores, text. in l. final. eodem tit. & in expresso per ista jura sententiam & conclusionem tenet notabiliter, & melius quam alibi Capolla in autb. sed novo jure, Cod. de servis fugitivis, 2. col. n. 45. & praedicta lex partia fortè deberet intelligi, quando cum furto intervenit violentia personalis intrando palam domum alterius per vim, & non aliàs, quia tali casu concurrat duplex delictum, scilicet furtum, & violentia, unde gravius debet puniri, argumento text. in l. respiciendum ff. de penis, text. in l. aut facta, §. qualitate, eodem tit. Sed quidquid sit, praedicta l. part. ita practiacatur ut prius dixi & notavi & idem etiam disponit l. 6. tit. 5. l. 4. fol. el. Cujus verba sunt: Todo ome que asiradere casao quebranta Iglesia pro furtar mueria pro ello: & ita practiacatur in isto regno, & iste casus mihi contigit, & fuit practiacatum etiam in furto minimo.

* Adde tamen ad istum tertium casum quod non sufficeret simplex effractione alicuius arce, vel loci ubi sit res furata, cum leges & jura hic allegata requirant violentiam & effractionem domus ipsam intrando & frangendo violentè, & istum casum habui de facto in quodam paupere qui erat famulus cujusdam domini, & fregit arcam, & furatus fuit pluraquam quinquaginta aureos, & cum furto captus fuit, & confessus, dixi & defendi quod non imponeretur pena mortis, & ita judicatum & pronuntiatum fuit, & postea iterum contigit & ita practiacatum fuit. * Quartus casus est quando quis commisit cri-

men abigeatus, quia pecora ex pascuis vel armentis furatur, quo casu si decem oves, vel quatuor, vel quinque porcos, vel unum equum, vel bovem furatus fuerit, committit crimen abigeatus; & punitur poena mortis, textus est in l. 1. ff. de abigeis text. in l. fin. ejusdem tituli. Cujus verba sunt: (Oves pro numero abactorum, aut abigeum, aut furem faciunt, quidam 10. oves esse gregem putaverunt, porcos etiam 7. vel 4. abactos, equum unum, vel bovem abigeatus crimen facere,) & ibi Bartol. Alber. & Doct. text. in l. 1. Cod. de abigeis, & ibi Glossa ordinaria, communiter Doctores, text. in autb. de nuptiis, §. miores, vers. aut unam eorum qui appellatur abigei, quibus est cura alienis injudari animalibus, aut jumentis, aut transponere alibi, & ibi Gloss. & communiter Doctores. Quod extendit, ut procedat, nedum quando furatur ex pascuis, vel armentis, verum etiam ex domo, vel stabulo, text. est in d. l. 1. vers. 1. ff. de abigeis. Cujus verba sunt: Eum quoque prius coercendum qui a stabulo abogem amittit pecus, non a stabulo, vel ergo. Adde tamen, quod hoc casu non semper imponitur poena mortis, sed ita demum quando frequentius in illo loco committitur illud crimen, aliàs autem tantum punitur poena arbitraria, text. in d. l. 1. vers. 1. ff. de abigeis. Cujus verba sunt: (Abigei cum duvillimè puniuntur, ad gladium damnari solent, puniuntur autem durissimè non ubique, sed ubi frequentius est id genus maleficia, alioquin & in opus nonnunquam temporarium dantur.)

Item adde, quod quando semel quis furatur, requiritur ille numerus animalium, secus verò si frequentius, vel saepius; quia tunc non requiritur praedictus numerus, sed sufficit unum tantum animal furari, textus est in d. l. fin. 2. esse, qui sapius; Cujus verba sunt: Qui sapius abigerunt, licet semel, nam vel alterum pecus surripuerint, tamen abigei sunt; & in expresso ita disponit l. 1. §. tit. 14. 7. part. in una tamen videtur dicere per ista lex partia jure communi, in quantum requirit quinque capita in animalibus majoribus, puta in equis, bobus, vel mulis.

Item etiam circa praedicta quaero si quis commisit in hac civitate, vel loco aliquod furtum, & repertur in iure alicuius, an illa sit sufficiens praesumptio, quod jam hic, vel alibi commisit alia duo furta, ut sic possit condemnari ad mortem, tanquam famosus latro, & videtur quod sic. Primò, quia in isto regno poena abscissionis auricularum punitur pro secundo furto, ut supra conclusam est, ergo pro isto tertio furto possit furè suspendi. Confirmatur etiam, quia praesumptio legalis est sufficiens ad hoc ut per eam quis condemnetur ad mortem: ut in l. si hi qui adulterii, Cod. de adulter. & notatur in l. absentem, ff. de penis, & dicam latius infra ista repetitione. Secundò, & principaliter pro hac sententia, & conclusione considero novam, & singularem legem partia in l. 6. titulo 18. secunda partia, ubi dicit, quod si miles furatur aliquam rem, in castris, puniatur poena abscissionis auricularum, & manus dextrae, & si iterum postea repertur furtum committere, quod illud furtum, & abscissio auricularum sit sufficiens praesumptio, ut possit ad mortem condemnari: Cujus verba sunt: o per que si aqnel furasse otra vegada que el furto e la señal le fuisse testimonio para darle muerte. Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, imò quod talis praesumptio non sit sufficiens, ut fur, vel latro possit condemnari ad mortem, Anr. Gomez. Variarum Resol. Tom. III.

De Furto Cap. V. 137

sed necessariò requiritur, quod verificentur prima duo furta: quia abscissio auricularum potuit provenire ex aliqua alia causa, vel facto inculpabili, unde non videtur praesumptio sufficiens, nec concludens. Item etiam, quia in criminalibus in quibus venit imponenda poena mortis, vel corporalis, non sufficit probatio praesumptiva, sed requiritur vera, & liquida probatio, ut in l. fin. Cod. de probat. & in l. singulis universisque iudices, Codic. de accusat. cum similibus, & tradit plenè, & magistraliter Innocent. Abbas, & communiter Doct. in cap. asserre, & in cap. quia verificante, de praesumpt. Item etiam quia in criminalibus non sufficit adhuc probatio delicti, etiam si constet delictum esse commissum, ut in leg. 1. §. item illum, ff. ad Syllan. & latius dicè infra de ista materia; ergo necessariò requiritur, quod iudex hujus civitatis, vel loci, ubi istud tertium furtum commissum est, mittat literas requisitorias ad alia loca, ubi priora delicta sunt commissa, ad ea verificanda; nec sufficit praedicta praesumptio abscissionis auricularum: fateor tamen, quod eo ipso, quod repertur iure alicuius, erit sufficiens indicium, ut interrogetur de aliis furtis, & in quibus locis illa commisit, ut iudex reddatur certus, & possit mittere praedictas literas requisitorias ad ea verificanda; & hoc casu si negaret, & nollet de arare, posset justè torqueri, ut dicar & declarar, & ita debet practiacari à peritis iudicibus; nec obstat praedicta lex partia, quia debet intelligi in terminis & casibus, quibus loquitur, scilicet quando furtum est commissum in castris: item etiam quia ibi concurrat aliud signum & indicium grave, scilicet abscissio manus.

Item quaero an inventus in domo alterius, Inventus in domo alterius causa furandi qua- litemponia, causa furandi, vel ille qui in quolibet alio loco praeparabat, & intendebat furari, licet nihil ceperit, nec furatus sit, possit puniri poena furti? & breviter, & resolutivè dico, quod poena civili pecuniaria non potest puniri, cum non repertur res furata, cujus duplum, vel quadruplum solvatur: textus est in l. vulgari, §. qui furis, ff. de furtis, & ibi Doctores, sed bene potest puniri aliqua poena corporali arbitraria: textus est singularis in iure, in l. sacularii, vers. 1. ff. de extrajudic. crimin. & ibi notat & commendat Bartol. Alber. Angelus, & communiter Doctores in d. l. vulgari, §. qui furis, ff. de fur. Baldus in leg. si quis non dicam rapere, Codic. de Episc. & cleric. 2. col. 3. opus. Aretinus in l. 3. §. si rem ff. de acqu. poss. in fin. & istum casum habui de facto in quodam paupere qui in platea publica hujus civitatis visus & repertus fuit mittere manus intra pallium alterius, quaerens butfam, vel marsupium, & comprehensus fuit, & poena arbitraria punitus, quo casu, & pluribus similibus ille text. & ejus conclusio potest verificari, & practiacari, vid. supra in c. de homicidio, n. 1.

Item quaero, an receptans furtum teneatur eadem poena, qua ipse principali; & breviter, & resolutivè dico, quod sic: textus est formalis & expressus in l. eos, Cod. de furt. cujus verba sunt: Eos qui à servo furum ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis conveniunt, sed etiam parali actione possit, & hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Bartolus, Cynus, Jac. Albericus, Salyc. Baldus, Paulus, Jacob. de San. Georg. & communiter alii Doctores, textus in l. si quis servum, Codic. ad legem Flavianam de Pla. text. in l. penul. Cod. ad legem Jul. de vi. text. in leg. 3. §. 8.

Res sacra quae dicitur.

12 De effractionibus.

14 Abscissio auricularum an sit sufficiens praesumptio.

11 De sacrilegio.

13 men

S

non

non tantum, ff. de incendiis, naufrag. text. in l. unica in fine, Cod. de criminibus peculatis. Adde tamen quod ista sententia & conclusio videtur dubia, quia textus capitalis in d. l. eos, tantum loquitur in seruo, filio, vel famulo, qui erant personæ subjectæ domesticæ, & familiares, quia facilius, & frequentius furta committunt, quando interueniunt licetiores, & receptatores, & fortè aliàs non committerent; unde videtur quod non procedat nec habeat locum, quando fur, vel latro esset liber, & extraneus; & in expresso ita tenet, & declarat Hippol. de Marfil. in l. si in rixa ff. ad leg. Corniel. de sicar. 9. eolum. numer. 5. idem Hippolyt. in consil. 53. n. 2. Sed certè superior sententia, & conclusio est verior & tenenda indiffinitè, modo fur, vel latro sit servus, vel familiaris, modò extraneus, quia in utroque militat eadem ratio: nec obstat si dicatur, quod receptans delinquentem post delictum jam commissum, & consummatum, non teneat eadem penam quæ principalis, sed mitiori arbitraria, ut supra suo loco dixi, quia illud debet intelligi, quando quis receperit, & opem vel auxilium præstitit post delictum jam perfectum & consummatum; sed in nostro casu delictum est in fieri, quia fur & latro semper furatur, & est in delicto actuali, donec rem contrahat ut in l. inficiando infans, ff. de fur. unde receptans videtur ei auxilium & favorem præstare in ipsomet delicto, & non postea; & sic merito eadem penam debet teneri, & in terminis ita tenet & declarat Bartol. in l. furtum, ff. de furtis, & ibi Angel. de Perus. & communitur alii Doctor. Albericus in d. l. l. 1. Codic. de furtis. Angel. de mal. in parte, & vestem ecclesiam abstulit, 2. col. versiculus. quid si rē furatam, & ibi ejus additionator, pro quibus ego allego & confidero expressam & notabilem legem part. leg. 18. titulo 14. 7. part. Cujus verba sunt Ely quantos direr ayuda e consejo a tales ladrones para facer el furto o los encubriese en sus casas o en otros lugares que deven aver aculla misma pena. Advertendum tamen quod ista sententia & conclusio debet intelligi, quando quis receperit furem, vel latronem simul cum rebus substractis, vel receperit & occultat ipsas res tantum; & in his terminis loquuntur iura superiora, & militat ratio superius assignata; secus tamen est si tantum receperit ipsum furem, vel latronem, vel opem & auxilium ei dederit ad fugiendum, quia tunc tantum haberet locum penam simplicis receptatoris, de qua supra suo proprio loco dixi ita probat textus formalis & expressus in l. 1. Cod. de his qui latrones, &c. & ibi communis opinio, & declaratio Doctorum, & certè est singularis, & necessaria declaratio in hoc articulo & materia, circa quam vide etiam prag. fol. 52. quæ disponit, quod si quis emerit, vel alio quovis modo recipiat res à seruo, teneatur restituere domino, & teneatur penam furti.

* Item adde, quod ille qui emerit rem furtivam scienter, teneatur penam furti etiam in l. si quis uxoris, ff. de furtis, & si rem furtivam in verbo imprudens, ff. de furtis, & potest præsumi quod habet scientiam ex qualitate personæ, & ex qualitate pretii, Bartol. in l. mihi nullam C. de furtis, & etiam præsumitur, quando emittit à seruo, ut in prag. c. allegat. *

Item adde, quod prædicta debent intelligi quando furtum est commissum contra verum dominum, vel hæredem qui jam adit hæreditatem, & apprehendit possessionem; secus vero,

si est commissum hæreditate jacente, quia tunc habet locum cri. in expilatæ hæreditatis, & ejus pena extraordinaria & restitutio rei cum fructibus, textus est in leg. 1. & per totum, ff. de crim. expilat. hæredit. text. in leg. 1. & per totum, Cod. eod. tit. text. in l. hæreditaria, cum trib. sez. ff. de su. t. text. in leg. homo, de f. sup. text. in l. 1. §. Scervola, ff. si quis test. iuss. esse in fin. text. in l. ad verus, C. fam. ex. c. text. in leg. e. e. his, Cod. de furt. & idem disponit, lex 12. tit. 14. 7. part. Et adde quod istud crimen largo modo dicitur furtum, ut probant prædicta iura, ex quo inferitur, quod pena corporalis imposta & determinata à jure pro furto, habet etiam locum in hoc crimine expilatæ hæreditatis, & per consequens secur publicus, vel famulosus latro potest furcè suspendi, ita expilator hæreditatis; ita singulariter Baldus in l. de his, Cod. de furtis, ubi valdè commendat; dubium tamen est circa prædicta, an in foro conscientie latro, vel alius cui per legem imponitur pena pecuniaria, teneatur illam solvere in conscientia ultra restitutionem rei; & certè dicent dum est quod non, nisi jam sit condemnatus per sententiam, ita Bald. in l. a ignod pauperibus, Cod. de Episc. & cleric. col. 1. quest. 9. Anchar. in reg. possessor. de reg. jur. in 6. 25. eolum. Thom. Sanch. in 2. 2. 9. 63. ar. Fel. in d. o. consil. 12. n. 4. item etiam nisi pena esset appositæ ipso jure, ita singulariter Abb. in c. 1. de consil. 8. col. ibi Fel. 12. col. & videtur vera, & tenenda per fundamenta eorum, licet contrarium teneat Summa Angelica in 3. part. pæna. ar. 3. & Summa Sylvest. 25. quest.

ANNOTATIONES.

Item tenet & declarat Bar.] Testatur hanc Bartol. a doctrinam receptam Cur. Juv. & qui eum refert Ant. de Padill. in leg. transgess. n. 105. C. de transact. Jul. Clar. in prag. S. furtum, ver. item excusatur, qui verè cum Fel. in c. nullum 5. de presump. commuue recusat, ut conjecture, quæ hanc domini nec faventis attestationem confirmant, judicis arbitrio metiantur.

Text. est in l. respiciendum. S. iura domestica] Videto hoc de text. ac de eisdem materia Alex. consil. 135. n. 2. l. 1. Capol. qui cum misericord. & non immerito laudibus esset, in arch. sed novo jure, n. 4. C. de ser. fug.

Textus est in l. 4. C. de par. poss.] De harum legum materia agunt videndi Alc. reg. 1. presump. 3. Boer. decis. 275. n. 3. & doctissimus ac diligentissimus Pinel. in rub. 3. part. n. 30. C. de bon. mar. & qui illas exemplo illustrat, ac multa circa hujusmodi punitiones memoritæ perpetuò inculpenda docet Ann. Senec. de clem. cap. 14. cum seq.

Contrarium est tenendum.] Hæc contraria opinio non solum æquior, sed & verior ac frequentius placita est, ut attestantur Ant. de Padill. in l. transgess. n. 105. C. de transact. Roland. consil. 51. ad fin. l. 1. & qui alios laudat Jul. Clar. in prag. S. furtum, vers. sed in pro uno, quem etiam ad questionem subsequenteo video, in vers. sed pone, ubi latè multos citat.

Primus est quando quis commisit, &c.] Nescio quo pacto & nostre Gomez. in præsentia & Jul. Clar. in §. furtum, vers. sed quero diligenter, de furtum ac latronum pænas agentes, & supplicia etiam famosorum latronum persequentes nunquam meminerit Gloss. celeberrim. in l. 2. f. abhor furt. cas. qui censuit famosos latrones non tantum furcè suspendi debere, sed & illorum cadavera bestis esse trahenda, quam Glossam laudant post alios lex. col. ult. Jason. n. 2. Cuius restiam, fac. poss. postea. Alex. alia de re agens cum pluribus supra illo in tract. n. 78. & 79. Gaspar. Velasco in l. Imperium, n. 17. ff. de juris. omni. jud. sed certè quævis Gloss. opinio recepta sit, tamen nec usu servatur, nec jure usquam probatur, siquidem leg. capitalium ff. famulos si de pæn. qua Gloss. nititur, verba alternatim tacit recensens nonnullis placuisse famosos latrones cruci affigere, nonnullis verò magis autistisse illos

Accipiens quid à seruo teneatur restituere domino.

illos bestis exponere, juxta l. ad bestias, cum multis similibus, ff. de pæn. quod acutè animadvertit Sebastian. Sap. in l. Imperium, n. 11. ff. de juris. omni. jud. quamobrem facile & Gomez. & Clarus excusari poterunt, si sententia injuste & præi improbate, mentione chartas optere noluerunt, quam nos tamen facere non recuavimus, ne quis posthac in eodem lecto hæretet.

CAPUT V.

De furto.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur materiam explicantes.
- 2 De definitione furti, & de eo qui bona fide rem alienam accipit credens dominum illi permissurum.
- 3 De revente rem inventam, vel cujus dominus ignoratur. An possit peti pretium inventionis?
- 4 An filiusfamilias, servus famulus, uxore teneantur de furtis?
- 5 De pæna primi furti. In hoc casu una actio aliam non tollit, cum una continet rei perfectionem, alia publicam vindictam, & an t. an fiat contra hæredem?
- 6 De pæna secundo furti.
- 7 De pæna tertii furti.
- 8 Pro uno furto magno an possit imponi pæna mortis.
- 9 De eo qui duo furta commisit in aliis locis, & tertium in territorio judicis, an possit condemnari pro trino furto? De furto parva quantitatatis.
- 10 An requiratur quod pro primis duobus furtis sit condemnatus reus ad hoc ut pro tertio locum habeat pæna mortis. Quid si pro duobus primis furtis sit absolutus per gratiam Principis? An posteriora furta aggravent primum? Reliqua de triplici furti, seu alio delicto reiterato, versifico.
- 11 Furans in itinere publico an puniatur pæna mortis pro primo furto, & quis dicatur publicus latro?
- 12 De furto rei sacre, & de sacrilegio.
- 13 De furto cum effractione, seu violentia.
- 14 De furto pecorum, seu abigeatu.
- 15 De eo qui reperitur sine auriculis, an ex hoc possit condemnari pro tertio furto?
- 16 Qui inventus fuit in domo alterius causâ furandi, an teneatur furti, & quid de latronibus in viis publicis reperitis, & an liceat furem occidere?
- 17 De receptatore furtis, & an possint res furatæ perquiri in aliena domo? & de condemnatione ad restitutionem, & de non revelante furtum. De crimine expilatæ hæreditatis. De emente rem furtivam, & de re furtiva recepta per aliquem.
- 18 De affirmatione quanti plurimi solvenda per furem, & de datione expensarum; ad interpretationem text. in l. 1. Cod. de infantibus expofitis.
- 19 De foro competentem in delicto furti.
- 20 De eo qui reventem rem furatam, an si illi pretium restituerit?

21 Quid faciendum, si reus fateatur se abscondisse rem in uno, vel alio loco, & non inveniat?

Explicat præsentem materiam latissime Petrus Gregorius in syntagmate, libr. 37. cap. 1. & sequentibus, Boslius in practica, titul. de furtis, Tulchus liter. F. conclusione 552. & pluribus sequent. Canteria in questionibus criminalibus, rubrica, de furto; Gregorius in l. 1. & per totum titulum 14, part. 7. Decianus l. 6. cap. 3. Challanæus in consuetudinibus, Burgund. rubric. 1. §. 1. Menochius de arbitrar. casu 295. Donellus commentariorum, lib. 15. ex cap. 28 & ad eum Osualdus; Covarruvias in regula, peccatum, 2. parte, §. 1. ex num. 1. Bernardus Diaz in praxi, c. 90. & ibi Salzedo, Quelada in suis questionibus, cap. 19. Mascardus conclus. 829. & seqq. Azavedus in l. 7. & sequentibus, titul. 1. lib. 8. Recopilatio, Suarez allegatione 26, ubi an universitas possit accusare pro furto vicinorum, & omnium latissime Farinacius in praxi, questione 165. & sequentibus, usque ad 177. ubi omnia quæ desiderari possunt comprehendit Dom. Larrea allegatione fiscal. 65. ex numer. 33. & 57. ubi de sciente, & non revelante hoc crimen, de quo Barbola in Collectanea cap. 4. de furt. Pradil. de pæn. cap. 18. Molin. de justitia, tom. 3. disput. 680. & seqq. usque ad 696. Filliuc. in summ. tom. 2. tract. 31. cap. 10. per tot. Scaccia de commerciis, §. 1. quest. 7. parte 2. ampliat. 19. rum. 64. ubi in quo differat à rapina, Reginald. in praxi, lib. 23. cap. 1. Sylvest. verb. Furtum Less. de justit. lib. 2. c. 12. per tot. Bon. de rest. disp. 2. quest. 8. 9. & 10. Egid. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 5. per totum. Pichard in mundatione, 3. part. §. 4. num. 60. & in §. 1. & seqq. Instit. de oblig. qua ex d. l. 1. assumunt. Ad numerum 1. ibi: Ex quo inferitur quod si quis, &c. Definitionem furti hic adductam à nostro Gomez. comprobant, & latè explicat ferè omnes relati num. præced. & à Pichard. in §. furtum, Instit. de obligat. qua ex delicto nascuntur, numer. 1. nec non alij relati à Farinac. quest. 165. numer. 6. & questione 174. ex numer. 48. ubi de contradiccione, licet alij brevior, alij longior em faciant, apud eos vide, & apud Molin. de justitia, tom. 3. disput. 681. & conclusione 16. post opera Roderic. Sua ex, & Amayam libro 2. observacion. cap. 9. Ibi: Ex quo inferitur, &c. Quid si quis accipiat rem alterius, credens dominum permissurum, ex aliqua justa causa, non teneatur furti, ut hic resolvitur, docent Boslius titul. de furto, num. 13. & titul. de confessu, numer. 23. Petrus Gregorius in syntagmate, libr. 37. cap. 1. num. 6. Tulchus liter. F. conclusione 557. num. 4. Menochius de arbitrar. quest. 90. & casu 244. ubi de eo qui palam accipit rem; & casu 248. ex num. 2. Pichard. in §. furtum, Instit. de obligationibus qua ex delicto nascuntur, ex n. 28. Lessius de justit. lib. 2. cap. 12. dubitatione 1. n. 4. Bonacina de justit. disput. 2. questione 8. panle 1. num. 1. Egidius Trullench. in Decalogum, lib. 7. cap. 5. dubio 1. numer. 1. ubi cum Sayro in clavi, lib. 9. cap. 13. & Lessio supra, resolvit non esse furem, qui occultè aliquid accipit in extrema necessitate, nec quando compendiandi causa, non potens aliter recuperare, & latè & optime Farinacius quest. 174. ex num. 141. ubi numer. 142. & sequentibus, disputat an causa credulitatis de-

beat esse iusta, vel sufficiat qualibet etiam facta, & iniusta: in quo tres contrarias opiniones adducit, vide apud eum, & Scacciam de iudiciis, lib. 2. cap. 11. num. 355. & sequentibus, & Canticerium variarum, 2. parte, cap. 10. num. 35. ubi de subtrahente rem, existimante esse suam, an contra eum sit procedendum criminaliter.

Ad numerum 2. ibi Ex quo deducitur & inferitur, &c.

Accipiens rem deperditam, vel cuius dominus ignoratur, si non demonstrat, vel faciat praconizare, quod teneatur furti, ut hic resolvitur, docent Petr. Gregorius in synagoga, lib. 37. cap. 1. num. 10. Menochius lib. 5. pref. 30. numer. 13. Covarruv. in reg. peccatum. 3. parte, §. 1. num. 1. & segg. Navarr. in summa, cap. 17. numer. 170. Molina de iustitia, tom. 3. disput. 682. numer. 4. Azeved. in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. numer. 44. Lessius de iustis, lib. 2. cap. 14. dubio 7. ubi communem & veram opinionem esse ait, quod si facta diligenti inquisitione, dominus non compareat, pauperibus, vel aliis piis operibus facienda est restitutio, Agidius Trullench. in Decal. lib. 7. cap. 14. dub. 4. & 5. ubi num. 3. probabilissimam, & in foro conscientiae turissimam ait sententiam, posse inventorem, sive divitem, sive pauperem, facta debita diligentia, domino non apparente, rem inventam sibi retinere, antequam per iudicis sententiam applicetur fisco, seu alij, vide eum, & Farinac. ante omnes quest. 174. num. 155. & questione 168. ex num. 61. ubi latissime ampliat, & limitat resolutionem nostri Gomez ubi num. 64. docet ex multis, quod si quis rem inventam accipit animo restituendi domino, quodcumque apparuerit & ita protestatus fuit, non tenetur furti, prout etiam non tenetur qui invenit, & retinet rem, quae nunquam fuit alicujus, vel pro derelicta habita fuit a domino; & num. 70. varias opiniones refert circa illam questionem, an inventor possit recipere pretium pro inventione, vel illud petere: de quo Agidius Trullench. supra, dub. 5. ait, non posse peti, nisi voluntarie detur, vel fuerit promissum, vel sit in consuetudine; Gutierrez, lib. 2. Canon. cap. 9. num. 25. Barbof. in Collect. cap. 3. de furtis, num. 8. vide etiam late Azeved. in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil. ex numer. 55. & Gutierrez, lib. 2. Canon. d. cap. 9. ex numer. 16. & Pichard. optime in relect. ad tit. ff. de acquir. hered. cap. 5. num. 24. ubi in hoc laudat resolutionem Molinae de iustitia, tom. 2. disp. 750. & Gutierrez supra, contra Azeved. eum videas, & reliquos circa praecordia, & reliqua quae debent facere inventores: vide etiam Scacciam de commerciis, §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 200. & ampliat. 19. num. 82. & 130. & segg.

Ad num. 3. ibi: Et resolvitur dico, &c.

Filium, servum, uxorem, consanguineum, seu familiarem non teneri de furto rei parvi valoris, licet dominus possit eam recuperare; secus vero de furto rei magni valoris, resolvit Gomezius, & comprobant late Clarus in §. furtum, num. 23. Tusch. practice, litera F. conclus. 555. num. 30. Menochius de arbitrar. casu 580. Petrus Caball. resolut. crimin. casu 204. ex num. 24. ubi optime declarat mitius puniri furtum levia domesticorum, in famulis, ancillis, & aliis servientibus, praeterquam in conjunctis sanguine domino domus, qui in levi furto non puniuntur? Gutierrez de iuramento, 1. parte, cap. 16. num. 53. & consil. 24. numer. 24. Mendes de Castro in levari oportet, 1. parte, num. 139. (& vide conclusionem 16. poit oper-

ra Rodrici Suarez) Donell. lib. 15. commentor. cap. 29. Gregorius in l. 4. §. 8. tit. 14. part. 7. & latissime explicans Farinacius quest. 174. ex numer. 95. usque ad 117. ubi late etiam agit de furto facto ab uxore; & num. 98. declarat, qui dicantur domestici, & n. 101. quid & contra si pater faciat furtum filio; & n. 110. quod in furtis domesticis, nec etiam ex officio Iudex possit criminaliter procedere, quod juxta superius dicta declarandum est, vide eum ibi: & questione 48. n. 70. ubi de famulo fugiente cum re furtiva, & Pichardum in §. furtiva, Instit. de usufructibus, & in §. ibi qui, Instit. de obligationibus, quae ex delicto nascuntur, per totum; ubi de furto facto per filium, servum, vel uxorem, & quod res furata per filium, vel servum, sit furtiva quoad usucapionem, furti tamen aditione eos non teneri, Suarez titulo de las ganancias, n. 17. ubi quid in uxore putativa & concubina 16. post ejus opera, & conclusiones sequentes, ubi alia Molina de iustitia, tom. 3. disputatione 686. per totam, ubi optime explicat, & late etiam Agidius Trullench. in Decalogum, l. 7. cap. 5. dubio 7. ubi de furto filii; & dubio 8. ubi de furto uxoris: & dub. 9. ubi de furto monachi, qui etiam omnes docent adjuvantes, & cooperatores in hoc casu, furti teneri; vide etiam Dianam tractatu 13. resolution. 69. ubi an virtute monitorii sub excommunicatione sit revelandum furtum domesticum?

Ad num. 4. ibi: In quo articulo magistratiter, & resolutivo dico, &c.

Et ibi: Sed certe communiter in majori parte Regni, &c.

Pro primo furto, si est manifestum, ultra restitutionem rei imponitur poena pecuniaria quadrupli; si vero non est manifestum, dupli; & similiter imponitur poena arbitraria: secundum consuetudinem autem hujus Regni, non imponitur poena pecuniaria applicanda patri, nec fisco, sed solum corporalis, vel alia Iudicis arbitrio, ita resolvit Gomezius toto hoc numero, & comprobant Petrus Gregorius in synagoga, lib. 37. cap. 1. num. 23. Cantera questionum criminal. cap. 8. rubrica de furto, num. 10. Aviles in cap. 1. pratorum verbo, Setenas; Avendañus cap. 16. pratorum, 2. parte, num. 14. ubi de poena minoranda: Tuschus verbo, Furtum, conclusio 564. numer. 5. Menochius de arbitrar. casu 295. & seg. Donell. l. 15. commentariorum, §. 29. Gregor. in leg. 18. tit. 14. part. 7. Scaccia de commerciis, §. 1. questione 7. parte 2. ampliatione 8. num. 117. & ampliatione 19. num. 82. ubi etiam quod teneatur ad restitutionem rei, quamvis sine sua culpa perierit. Baëzam de inope debitor, c. 1. num. 69. & 76. ubi quod fur tradebatur domino rei furatae, Aviles in cap. 29. pratorum, verb. Ineges; ubi quod aleator non agit de furto, Pichardus in §. poena manifesti, Instit. de obligationibus quae ex delicto nascuntur, per totum, ubi late & bene explicat, Farinacius etiam latissime quest. 166. & 167. ex num. 1. ubi de poenis iure divino, & apud varias Nationes stabilitis, nec non de iure Canonico, & Civili: & num. 18. cum Claro in §. furtum, num. 16. Cantera supra, & aliis, resolvit poenam dupli & quadrupli recessisse ab usu de generali consuetudine, quia fur tenetur solum ad restitutionem rei, & poenam corporalem arbitriariam; quod etiam explicat latissime Molina de iustitia, tom. 3. disputat. 695. per totam, Azeved. in l. 7. & 9. lib. 8. Recopil. tit. 11. ex num. 89. Pradilla de leg. poenali, 1. parte, cap. 28. Salzedo ad Bern-

5

7

ardum

nardum Diaz, in pract. cap. 90. & alii plures penes ipsos; Et de eo qui statim restituit rem furatam; Farinacius questione 124. numer. 174. Et quod pro minimis non datur actio furti Baëza, de debitor, cap. 12. numer. 10. Et de furto facto scholari vide l. 2. tit. 1. parte. 2. Et an contra heredem transeat actio furti? Farinacius qu. 10. num. 72.

Ibi: Non constat, secunda ratio, &c.

Quando civilis actio, & criminalis utraque conceditur ad vindictam, una aliam tollit, quando vero iudicium civile est de re familiari, criminale vero de vindicta, & publica ultione, tunc una actio aliam non tollit; Lancellot. de attentatis, 2. parte, c. 4. limitat. 23. numer. 4. Cujac. lib. 20. observat. 25. & 26. Paz. in pract. 1. tomo 4. part. c. 3. ex num. 26. & alibi dictum manet: Et sic in praesenti una actio aliam non tollit, quod intellige secundum supra dicta, vide etiam supra, c. 1. num. 12. & Farinacium quest. 1. num. 64. & segg. ubi quod fur non relaxatur donec rem restituat; Barbofam in l. si ab hostibus, §. ff. solutio manum. ex num. 48. Molinam de iustis, disp. 695. num. 4.

Ad num. 5. ibi: Pro secundo furto poena augeatur, &c.

Quod pro secundo furto poena augeatur aggravando poenam corporalem Iudicis arbitrio, & quod hodie debeat imponi poena flagellorum & abscissionis auricularum, ut hic resolvitur, docent Farinacius quest. 167. num. 44. & consil. 41. num. 4. Avendañus 2. parte, cap. 16. prator. n. 14. ubi de poena furti minoranda, Gregor. Lopez in l. 18. tit. 14. part. 7. Molina de iustitia, disput. 696. tom. 3. num. 12. ubi num. 13. carpit Gregorium supra; quatenus dicit poenam abscissionis auricularum esse poenam abscissionis membri, cum cartilago aurium non sit membrum, nec eam abscindentes fiant irregulares: Pradilla de leg. poenali, c. 28. num. 3. Hodie vero pro secundo furto poenam flagellorum, & servitii ad triremes imponi asserit Azevedus in disp. l. 7. tit. 11. lib. 8. n. 99. eum vide, & Pradillam supra, & Molinam n. 16. & Farinacium quest. 20. numer. 42. & quest. 22. num. 12.

Advertit tamen Morla in empur. 2. tit. 2. in praemissis num. 50. quod uti poena abscissionis auricularum debet imponi in locis, ubi haec poena viget, ita debet executioni mandari, licet facies hominis illa signetur nota, contra textum in l. si quis in metallum 18. Cod. de poenis, leg. 6. tit. 3. 1. partia 7.

Et num. 6. ibi: Pro tertio vero furto, &c.

Pro tertio furto poenam mortis esse imponendam ex generali consuetudine, ut resolvit Gomez. docent Soterus de iustis, lib. 5. question. 3. ad finem. Covarravias lib. 2. var. c. 9. n. 7. Clarus §. furti, num. 9. & ibi Bajardus num. 27. Caball. resolut. crimin. casu 99. num. 48. Cantera in rubric. de furti cap. 8. numer. 10. Molina de iustitia, tom. 3. disput. 695. num. 12. Azevedus in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. num. 105. latissime Farinacius questione 167. ex num. 48. ubi ampliat, limitat, & declarat, Pradilla de leg. poenali, 1. parte, c. 28. num. 4. Quelada c. 19. num. 1. versu. Sed tamen commoventi solet. Hanc tamen resolutionem limitant supradicti, maxime Farinacius, praeterquam si furta fuerint modice quantitatis, & sine qualitate aggravante, tunc enim fustigantur, & in exilium, vel triremes mittuntur, ubi alia: vide iterum Farinacium quest. 23. num. 3. & 4. & quest. 98. ex

num. 116. ubi quod Nobiles suspendantur in hoc crimine.

Ad num. 7. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Pro uno furto, quantumcumque magno, non posse imponi poenam mortis, ut hic resolvitur, docent Cantera in rubric. de furtis, c. 8. num. 10. Tuschus litera F. conclus. 565. num. 46. Molina de iustitia, tom. 3. disput. 695. numer. 9. elegantet Quelada in suis quest. c. 19. per totam, Azevedus in dicta l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. ex num. 103. Vela in tract. de delictis, c. 12. versu. Sed summum, & plures referens Cevallos quest. 741. per totam, Farinacius quest. 167. num. 47. ubi alios refert, & quest. 25. ex num. 3. Gratianus reg. 209. numer. 11. ubi de femina furante, Pichardus in manducationibus, 3. part. §. 4. num. 61. ubi cum aliis pluribus totum hoc iudicium arbitrio relinquat, qui aliquando pro primo furto (ut ipse ait) ultimum supplicium imponet, aliquando nec pro tertio, & ultimata persona furantis, & ejus cui res fuit ablata: item ipsa re furata, loco, & tempore furti committi, quod mihi iure consensum videtur, prout etiam colligitur ex Cevallos supra, vide etiam gregor. in l. 1. tit. 17. part. 2. glossa 2. & Fachinam lib. 9. cap. 91. & 92. & Aviles in cap. 1. prator. verb. Derechamente, num. 13. 15. & segg. & Azevedum supra.

Ad numerum 8. ibi: Sed contrarium est tenendum, &c.

Furem, qui duo furta in aliis locis commiserat, si modo tertium faciat in territorio Iudicis, posse tanquam pro tribus puniri, ut hic resolvitur docent Covarruv. varias. lib. 2. cap. 9. num. 7. Clarus in §. furtum, num. 11. Menoch. de arbit. casu 295. numer. 18. Bajardus ad Clarum supra, num. 54. & segg. Tusch. litera S. conclus. 560. num. 19. 24. & segg. Cantera rubric. de furtis, c. 8. numer. 10. Azevedus in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. num. 106. & segg. ubi etiam ampliat, quamvis pro duobus primis fuerit jam punitus, & etiam si pro illis fuerit absolutus per gratiam Principis: vide eum & Farinacium quest. 167. ex numer. 50. ubi ampliat & limitat.

De furtis autem parvae quantitatis vel minutim factis, vide Menoch. casu 72. num. 12. Pichardum in §. gallinarum, Instit. de rerum division. Farinac. quest. 167. ex numer. 76. & questione 174. ex num. 70. Molinam de iustitia, tomo 3. disput. 685. 688. 689. Lessius item de iustis, lib. 2. c. 12. dub. 7. 8. & 9. Agidius Trullench. in Decalogum, lib. 7. cap. 5. dub. 22. num. 6. & 8. & dub. 4. per totum, Baëzam de inope debitor cap. 11. num. 10. & optime Dianam resolut. moral. tom. 5. tract. 4. resolut. 18.

Ad numerum 9. ibi: Sed bis non obstantibus, 10

Et. Quid etiam si fur non fuerit punitus pro primo & secundo furto adhuc poena mortis puniri possit juxta supra dicta, ut hic resolvitur, docent, & comprobant Bajard. ad Clarum §. furtum; numer. 59. & referens Farinacius quest. 23. ex n. 9. & quest. 167. ex num. 68. Fachinam lib. 3. contra versu. cap. 1. versu. Caterum illud: iterum Farinacius consil. 30. num. 72. & hoc necessario praesupponit Azeved. in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. numer. 106. ubi loquens de poena imponenda ei qui tria furta commisit ampliat hoc procedere, etiam si pro duobus jam fuerit punitus, vel per gratiam Principis fuerit absolutus, cum illa duo furta eo casu computentur ad aggravandum, licet non ad puniendum, quod etiam late comprobat Farinac.

Farinac. *suprà*, vide etiam Cenedum in *Collect.* 2. ad *Decretum*, n. 1. ubi plures referunt.

Ibi 2. *Ex quibus de dicitur*, & inferitur, &c. Quòd Iudex primi furti qui solum super eo procedit, non possit aggravare pœnam ex furtis postea commissis, quia priora aggravant posteriora, non e contra, ut hic docetur, comprobatur Farinac. *suprà* dict. *quæst.* 23. n. 10. & *quæst.* 167. num. 60.

Reliqua omnia de triplici furto vel alio quolibet delicto reiterato, vide latissimè per Farinac. dicta *quæstione* 23. per totam, & *quæstione* 167. ex num. 48.

11 Ad numerum 10. ibi: Sed hodie in nosi o Regno, &c.

Quamvis de jure communi furtum unum committens in itinere publico vel in mari, pœnâ mortis non debeat puniri, hodie secus ex l. 18. tit. 14. part. 7. ita resolvit Gomezus, & comprobant latè de jure communi Boërius *decis.* 173. num. 3. & 7. Gratianus *reg.* 19. num. 7. ubi quòd pro furibus insignibus non admittitur Advocatus Ludovicus Peguera *decis. crimin.* 40. num. 3. & 7. & alii plures adducti à Farinacio *quæst.* 167. n. 87. & 88. ubi numeris sequentibus optimè agit de famoso, & insigni latrone; & in *tract.* de immunit. Eccl. *elect.* num. 147. ubi quis dicatur publicus latro, & *quæst.* 39. num. 63. & 107. ubi quòd latro famosus potest suis exceptionibus renuntiare, Barbosa in *cap. num. si Romana de appell.* numer. 18. Cantera in *rubric. de furto*, c. 8. num. 11. Azevedus in l. 7. tit. 11. lib. 8. *Recopil.* num. 109. & optimè Pichardus videndus omninò in *manuduction.* 3. parte, §. 4. num. 64. ubi addit hoc casu appellationi non esse deferendum, ut etiam docet Salgado de *prosecutione*, 3. parte, cap. 14. num. 28. ex *leg.* 16. tit. 23. part. 3. vide Molinam de *justitia*, tom. 3. *disp.* 695. num. 31. ubi cum Gregor. Lopez ait, pro primo furto dicto modo commissio, non esse imponendam pœnam mortis.

Ad numerum 11. ibi: Hodie verò indistinctè, &c.

12 Furtum rei facta de loco sacro pœnâ mortis esse puniendum, ut hic resolvitur, docet, & comprobant Boërius *decis.* 254. num. 6. Clarus in §. *facrilegium*, latè, maxime num. 4. Pradilla de *leg. pœnali*, 1. parte, c. 32. Molina de *justitia*, tom. 3. *disp.* 684. num. 3. & *disp.* 695. ex numer. 35. ubi num. 36. cum Gregor. Lopez in l. 18. tit. 4. part. 1. *verb.* *Algunacha sana, o sagrada*, ex circumstantiis debere minui eam pœnam ait juxta dispositionem Juris communis, & declarat laudans nostrum Gomezium, quæ dicatur res sacra, & an Crux sit talis? Petrus Cevallos *casu* 134. numer. 6. Vela de *penis delictor.* cap. 30. num. 9. Riccius in *praxi feri Eccl. resolut.* 409. Diana tom. 1. *tract.* 7. *resolut.* 27. latè Farinacius juxta terminos juris communis loquens, *quæst.* 172. ex num. 1. & per totam, ubi fultissimè de sacrilegio agit, & quotuplex sit, & quando locum habeat ejus pœna, & quis dicatur locus sacra, & quæ res sacra? & concludit non semper pœnam mortis locum habere: ut videri potest apud eum, n. 25. de quo etiam Pichard. in *manuduct.* 3. parte, §. 4. num. 110. ubi pœnâ arbitratâ, quæ ad mortem naturalem extenditur, puniendum sacrilegium asserit, Barbosa in *cap. 2. de privileg.* numer. 3. in *Collectaneis*.

De sacrilègii autem materia, videndi sunt *suprà* relati, qui alios plures commemorant: & Zerol. in *praxi Episcopali*, *verb.* *Sacrilegium*, Sylvelt. &

reliqui Summistæ, eodem *verb.* Cardin. Tuschus *lib. 1. S. conclus.* 6. Petrus Gregor. in *synagm.* lib. 33. *cap.* 14. numer. 8. & *cap.* 16. & 18. Barbosa in *Collectan.* *cap.* 1. de privileg. & *cap.* 8. lib. 2. *titul.* 2. numer. 4. ubi quòd sacrilègium est mixti fori, de *jure Eccl. resolut.* lib. 1. *cap.* 39. §. 4. Diana tom. 1. *resolutio* 27. Bossius in *pract.* *tit.* de *facrileg.* & alii ferè infiniti ab eis relati, Covarruvias, lib. 2. *variar.* *cap.* 20. num. 18. Martha de *jurisdic.* 2. parte, *cap.* 11. ex num. 21. Gutierrez lib. 3. *quæst.* 1. numer. 13. & 14. Cevall. tom. 5. *quæst.* 59. & plurimos referens D. Joseph. Vela in *cap. 1. de officio Ordinarii*, 1. part. ex num. 49. omninò videndus.

Ad num. 11. ibi: Tertius casus, &c.

Quòd furtum cum violentia, vel effractione domus, debeat puniri pœnâ mortis, ex repetita l. 18. *titul.* 14. part. 7. resolvit Gomezus, & de jure communi quòd alia minori pœnâ puniri debeat docet ex multis Farinac. *quæst.* 167. ex numer. 27. ubi num. 28. referunt Menoch. de *arbitrar.* *casu* 299. num. 5. & alios dicentes quòd etiam de jure communi dicta pœna usque ad mortem extendi potest: fuit explicat hic hujusmodi furtum factum quòd copulatio hominibus armatis & fracto ostio. De jure verò hujus Regni contra Gregor. Lopez in *dist.* l. 18. affirmat Molina dicta *disp.* 695. num. 31. quòd in hoc casu furti cum effractione domus sufficit unus actus, ut mortis pœna incurratur, ut docet Gomez. vide etiam Azevedum in l. 6. *tit.* 26. l. 8. *Recopil.* & Narbonam in *concord. familiar.* *glossa* 12. numer. 49. & *glossa* 15.

Ad num. 11. ibi: Quartus est casus quando quis commisit crimen abigeatus, &c.

Pro crimine abigeatus pœnam mortis imponi quando hoc crimen frequenter in tali loco committitur, resolvit Gomezus, & docent Petr. Gregorius in *synagm.* l. 37. *cap.* 5. num. 2. & per totum, Caball. *resolut. crimin.* *casu* 160. Gregor. in l. 19. *tit.* 14. *partia* 7. Bossius in *pract.* *tit.* de *furtis*, n. 40. & *tit.* de *abigeis*, ubi latè Gratianus *discept.* 319. Molina de *justitia*, tom. 3. *disp.* 684. num. 6. & *segg.* ubi etiam ait, quòd qui ovem aut equum errantem abegerit, fur est non abigeus, quia ad hoc crimen necesse est, ut furtum sit de grege, seu armento, & dictam l. 19. cum Gregorio *ibidem* explicat: & *disp.* 595. n. 19. ubi de furto boum, aut animalium ad cultum attentum Pichardus in *manuduct.* 3. part. §. 4. numer. 1. ubi alios plures refert hanc materiam explicantes, Pradilla de l. *pœnali* 1. part. *cap.* 35. & latè Farinac. *quæst.* 167. n. 105. & *segg.* usque ad 123. ubi etiam de receptoribus in hoc crimine, & eorum pœna (de quo etiam *quæst.* 168. n. 58.) & pœnis jure divino, & Canonico impositis, & *quæst.* 174. n. 36. ubi de eo qui paravit animalia esse sua.

Dum autem Jurisconsultus in l. 1. ff. de *abigeis*, meminit illius verbi, *Pervecem*, eum intellige juxta doctrinam Parladorii *differeñtia* 85. n. 2.

Ad numerum 14. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

15 Abscessionem auricularum non esse sufficientem pœsumptionem, ut sic reperitur in alio furto possit pœnâ mortis puniri, ut hic resolvitur, docent Baiardus ad Clarum in §. *furtum*, n. 51. Farinac. *quæst.* 175. n. 94. Molina de *justitia*, tom. 3. *disp.* 693. num. 15. in causis enim criminalibus non sufficit probatio pœsumptiva, ex latè adductis à Sarmiento lib. 1. *selectar.* *cap.* 1. Avendaño

Avendaño c. 16. *prætor.* 2. part. n. 12. Menochio *casu* 279. & 362. num. 20. & *casu* 536. in *fine*, Mantica de *consecratis*, l. 1. *titul.* 2. Barbof. in l. 2. *ff. solutio matrimon.* 1. parte, num. 61. & 76. & sequentibus. usque ad 94. Avendaño iterum in *ditionario*, *verb.* *Presumpt.* Gratiano in *regula* 374. & 385. Matienzo in *dialogo*, 3. parte, c. 30. num. 5. Morla in *emporio*, *titul.* 12. *questio.* 1. Farinacio *quæst.* 40. n. 15. & *consilio* 58. lib. 1. & *cons.* 60. & *cons.* 75. in *additione*, & *cons.* 78. in *additione*, & *cons.* 81. vide etiam *conclus.* 97. post opera Rodrici Suarez, & Barbofam in *collectanea c. offerre*, de *presumptionibus*, iterum Farinacius *quæst.* 176. n. 94.

Ad numer. 15. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Qui invenitur volens furari, quòd pœnâ arbitraria debeat puniri, ut hic resolvitur, docent Menochius de *arbitrariis*, *casu* 360. num. 62. & *segg.* Socynus in *regul.* 31. *fallencia* 8. & plurimos referens, & optimè explicans Farinacius *quæst.* 124. n. 64. & 65. & 154. & *quæst.* 174. ex n. 2. usque ad 9. ubi quòd sola cogitatio nullatenus debet puniri, nisi post cogitationem deventum est ad aliquem actum exteriorem: & n. 6. agit de latronibus qui in viis publicis furantur qui quandoque puniuntur etiam furto non secuto: quando scilicet deventum ad actum aggrediendo, vel incipiendo spoliare viatorem; tunc enim puniuntur licet non pœnâ mortis, sed alia mitiori, ut ibi concludit, n. 7. Molina de *justitia*, tom. 3. *disp.* 695. num. 11. Pradilla de *leg. pœnali*, *cap.* 35. Ofoald. ad Donel. l. 17. *cap.* 2. *notatis litera O* ubi an liceat furem reperitum in domo occidere de quo etiam plurimos refert Cenedus ad *Decretales*, *collectanea* 96. n. 1. & Diana tom. 1. *tract.* 15. *resolutio* 15. tom. 5. *tract.* 4. *resolut.* 18.

Ad num. 16. ibi: Et breviter, & resolutivè dico quòd sic, &c.

Receptorum furti eadem pœnâ esse puniendum, si receptor furem cum re furata, si autem solum furem receperat tantum habebit locum pœna simplicis receptoris, ita resolvit Gomezus, & docent Petrus Gregor. in *synagm.* l. 37. *cap.* 5. & alii plures adducti à Farinacio *quæst.* 135. n. 96. ubi ex n. 75. latè explicat hanc questionem amplius, & limitans, & *quæst.* 168. n. 56. & sequentibus, & dicto n. 96. ait recipientem solum furem, vel solum rem, mitiori pœna puniendum, Molina de *justitia*, tom. 3. *disputatione* 695. n. 22. & num. 48. ubi dictam resolutionem explicat hoc modo, quòd si quis furem receperat, dum furatur, & continuat furtum, ita quòd receptio, & occultatio sit quasi adiutorium, ut ille commodius furatur, vel ut perseveret in delicto, pœnâ furis debet puniri; si verò ita illum recipiat ut receptio nullas vires, nullumque adiutorium illi præberet ad delictum, quia similiter hospitari possit apud quemcumque alium, qui furta illius ignoraret, tunc longe minus puniri debet quàm ipse fur, & ita intelligit noster Gomez. & Gregor. in l. 18. *titul.* 14. *partia* 7. eum vide, & Pradillam de l. *pœnali*, 2. parte, c. 28. & Parejam de *instrumentorum editione*, tom. 2. *titul.* 7. *resolucione* 1. num. 24. ubi quòd sine sufficientibus indicis non debet Iudex intrare domum alicujus ad perquirendam rem furtivam, & quòd Iudex ex officio teneatur condemnare furem ad restitutionem rei, Federic. *resolut.* 20. inter opera Farinacii, & de non reve-

lante furtum ex mandato Superioris, optimè Sanchez in *conclis moralibus*, l. 6. c. 21. *dubio* 21. & *segg.* Larrea *allegacione fiscalis* 65. ex num. 33. & 37.

Ibi: Item adde, &c.

De furto commissio hereditate jacente, quòd crimen expilatæ hereditatis appellatur, vide Menochium de *arbitrariis*, *casu* 300. Petrum Gregor. in *synagm.* l. 37. *cap.* 1. num. 10. & *cap.* 9. num. 2. & per totum, Canteram *rubrica de furtis*, c. 8. num. 5. Tuschum *verb.* *Furtum*, *concl.* 553. ex num. 1. & *conclus.* 554. num. 14. Gregorium in l. 21. *titul.* 14. *partia* 7. cum *legib.* sequentibus, latissimè Farinacius *quæst.* 166. num. 48. & 9. 174. ex num. 118. cum plurimis sequentibus, Pichardum in *manuductionibus*, 3. parte, §. 4. n. 54. & doctissimum D. Franciscum de Amaya l. 2. *abferat.* *cap.* 7. ubi n. 17. probat rationem, quare hereditati furtum non fiat, esse quia hereditas non habet possessionem: eum vide per totum *caput*, & *Queladam in suis questionibus*, c. 2. n. 7. iterum Pichardum in *repetitione ad titulum ff. de acquirenda hereditate*, *cap.* 2. n. 43. & sequentibus.

Item emente rem furtivam, vide Molinam de *justitia*, tom. 3. *disp.* 695. n. 25. Farinacium *quæstione* 177. num. 19. & sequentibus, Barbofam in *Collectan. cap. in literis de restitutione spoliatorum*, num. 9. latissimè, & Hermosillam in l. 19. *titul.* 5. *partia* 1. per totam, ubi etiam de emente rem alienam, Gratianus in *regul.* 110. Menoch. de *arbitrariis*, *casu* 462. n. 10. ubi de re furtiva reperta penes alium, de quo etiam Farinacius in d. g. ex n. 1. & Cenedus in *Collect.* 2. ad *decretum*, n. 1.

De estimatione quanti plurimi solvenda per furem, & sumptibus per eum factis in re furtiva deducendis, ad interpretationem text. in l. 1. *Cod. de infantiis* *expos.* vide Sarmient. l. 1. *select.* c. 10. Barbof. in *rubr. ff. solut. matrim.* 1. part. num. 22. & in l. 8. §. *fin.* ex num. 58. Fachinaeus l. 1. *convers.* *cap.* 54. Garcia de *expens.* c. 21. & *cap.* 5. n. 3. Britum, de *locato*, & *conducl.* in *rubric.* 2. parte, §. 3. ex n. 3. & 7. Gratian. *discept.* *cap.* 243. n. 3. & 4. Ofoaldum ad Donell. l. 20. *cap.* 7. *notatis litera G.* Menoch. de *recept. peccat.* *remed.* 15. n. 115. Pichard. in §. *de ff. rem. l. 1. de offi. jud.* ex num. 21. Carranz. de *part. legib.* *cap.* 4. ex n. 140. Hermosill. in l. 8. *titul.* 1. *partia* 5. *glossa* 2. n. 7. ubi de estimatione momentanea solvenda per furem, quia fuit semper sustinet periculum rei subtractæ, ut bene explicat Larrea *decis.* *Gramatens.* 14. n. 49. vide etiam Dianam tom. 1. *tract.* 17. *resolut.* 50. ubi de eo qui locavit rem furatam & *resol.* 51. & 52. ubi de estimatione quanti plurimi.

Item de foro ubi conveniendus est fur, videtur Farinacium *quæstione* 7. n. 7. & *segg.* & *quæstione* 145. ex n. 64. & *quæst.* 174. n. 55. & *segg.* Fachinaeus l. 9. *convers.* *cap.* 19. & Carleval. de *judiciis*, tom. 1. *disp.* 2. *quæst.* 7. ex num. 720.

Item de eo qui redemit rem furatam, an dominus teneatur satisfacere illi; vide Farinacium *decis.* 120. l. 1. ubi n. 2. cum Bossio in *pract.* *tit.* de *furtis*, num. 50. Claro §. *furtum*, *versic.* Sed hic incidenter, Covarruvia in c. *peccatum*, 2. parte, §. 12. num. 5. & alii resolvit pretium esse restituendum redemptori, dummodo illud sit modicum, ita quòd videatur utiliter negotium domini gessisse, & consistit ex probabili conjectura quòd domi-

dominus verisimiliter pro tali pretio eas recuperasset. Item adde quid faciendum, si fur constetur furtum, & dicat se pecuniam furatam abscondisse modò in uno, modò in alio loco, & non reperiat; de quo vide Farinac. quest. 2. n. 15.

CAPUT A I.

De injuria.

SUMMARI A.

- 1 Injuria potest fieri per scripturam, & ille qui eam facit, pena mortis punitur.
2 Injuria fit alicui verbo tantum, & ad hoc ut puniatur, an requiratur, quòd ille, qui profert verba injuriosa, verum dicat?
3 Falso fit injuria, & qua pena puniatur?
4 Quibus modis injuria aggravatur, & dicitur atrox?
5 Per quas personas fiat alicui injuria?
6 An injuria facta famulo vel familiari, videatur facta domino.
7 Quae sit pena injuria, & an possit civiliter & criminaliter puniri, qui alium offendit?
8 Arbitrium iudicis, an extendatur ad imponendam penam mortis?
9 An possit quis pro injuria agere ad expensas, & interesse?
10 Qua actio potest competere pro his damnis & interesse?
11 Si offensus & injuriatus remanet claudus, vel perpetuo debilitatus, ita ut non possit exercere officium, qualiter per iudicem fiat estimatio operarum?
12 Si offensus remaneat aliqua cicatrix, an debeatur illi estimari?
13 Si offensus simpliciter remisit injuriam gratis, an videatur remisisse damna, expensas & interesse?
14 Si ex injuria illata sequatur mors, an possit agere injuriatum civiliter contra homicidam?
15 Quibus modis tollitur alio injuriarum?
16 An offensor, qui alteri injuriam fecit, possit petere ab offenso, quòd praestet sibi cautionem de non offendendo?
17 Si offensus non possit invenire fidejussores, quid debeat iudex facere?

Est crimen privatum injuriae, pro cuius perfecta declaratione, dico quod tripliciter potest alicui fieri injuria: Primo modo per scripturam. Secundo modo simpliciter verbo. Tertio modo, facto. Primo modo fit alicui injuria per scripturam, quando quis a fecit & dixit contra alium libellum famosum in quo injuriola verba & infamatoria sibi proposuit, textus est in leg. 1. §. si quis libellum, aliàs si quis librum, ff. de injur. text. in leg. consil. eod. tit. text. in leg. unic. Cod. de famosis libellis quo casu imponitur poena mortis, text. est in l. unic. de famosis libellis, & non solum hoc procedit, quando quis fecit vel composuit praedictum libellum, verum etiam si dum esset positus ab alio in aliquo loco, illum legit & statim non abstulit, nec manibus laceravit sed ibi dimisit, & aliis manifestavit, quia praefumitur

Tribus modis injuria infertur.

author hujus delicti, & libellus ab eo composuit, text. est in d. unica, & ibi communiter DD. & idem expresse disponit l. 3. tit. 9. 7. part. unum tamen est, quòd ad hoc ut talis delinquens puniatur poena mortis, oportet quòd in libello infamatorio continetur delictum, per quod infamatus incurreret poenam mortis, modò dicat verum modò falsum, alias solum tenetur iudicis arbitrio, ita tenet Gloss. per text. ibi in d. l. unic. C. de famos. l. in gloss. 1. & ibi Petrus Cyn. Salyc. Angel. & communiter Doct. & ita etiam expresse disponit praedicta lex part. ex quibus videtur inferendum, quòd si probetur contra aliquem vidisse & legisse praedictum famosum libellum & non abstulit eum, nec laceravit, sed nulli manifestavit, non tenetur praedicta poena, sed certe ego eum punirem extra ordinem iudicis arbitrio.

Secundo modo simpliciter verbo fit alicui injuria, quando verba injuriosa & contumeliosa quis alteri dixit, text. est in l. 1. v. infuriam, ff. de injuriis, text. in l. si non convicit, & quasi per eos. C. eod. tit. text. in §. injuria, Instit. eod. tit. text. in l. 1. tit. 9. 7. part. Quod procedit nedum quando talia verba injuriosa profertur alicui praesenti, verum etiam absenti, text. in leg. item apud Labronem, §. convicium, de injur. Cujus verba sunt: Convicium autem non in iurium praesentem, verum absenti quoque fieri posse Labro scribit, & idem disponit praedicta l. 1. tit. 9. 7. part.

Dubium tamen est, an hoc procedat, modò ille, qui profert praedicta verba injuriosa, dicat verum modò non in quo articulo breviter, & b & resolutivè dico, quòd si injuria, vel convicium, quod obijciatur, est tale, quòd expedit rei publicae sciri, ut si quis dicat alium homicidam, latronem, vel delinquentem, vel leprosum, vel simili morbo contagioso effectum, tunc si dicit verum, non punitur, quia expedit reipublicae, vel pro delicto puniendo, vel pro salute hominum, ut à tali infirmo praecaveant: ita probat textus notandus in leg. cum qui nocentem de injur. Cujus verba sunt: Eum qui nocentem infamavit non esse bonum, & equum ab eam rem condemnari, peccata enim nocentium nata esse, & oportere, & expedit: facit etiam textus in leg. ita vulneratus, v. cum nec impunita malicia esse oporteat, ff. ad leg. Aquil. textus in l. licitatio, §. sed quòd illicite de publicis & veltis, cum similibus. Si verò dicat falsum, punitur: si verò est tale, quòd non expedit nec convenit reipublicae sciri, ut si quis vocat alium claudum, gibbosum, ebrium, pauperem, vel quid simile, tunc modò dicat verum, modò falsum, committit injuriam, & tenetur, quia defectus alterius detegere, injuriosum & inhumanum est, ut in l. 1. v. quid enim tam durum, tamque inhumanum, & c. C. de quando, & quib. quaria pars debet, l. 1. & in expresse ita tenet, & declarat Per. de Bella per, in l. si non convicit, l. col. C. de injur. & ibi Cyn. §. col. 8. 9. principali. Alberic. §. col. in medio, v. ff. item quòd, Bart. in d. l. cum qui nocentem, ff. de injur. & ibi Angel. de Perus. & communiter Doctor, Faber in §. injuria, Instit. de injur. l. col. n. 3. & 4. & ibi Angel. de Aret. Platea, & communiter Doct. Aba in c. fin. 2. col. n. 4. de injur. Ex quo infero notabilem declarationem ad l. 1. tit. 9. l. 8. ordin. quòd cavetari, quòd ille qui dixerit alteri aliquod verbum injuriosum de contentis in illa lege, puniatur poena, de qua ibi, scilicet

injuria verbalis.

Convicium.

Defectus alterius detegere injuriosum est.

scilicet ut contradicat sibi, & dicat se mentiri, ut intelligatur quando dicit falsum: Icus tamen si dicit verum, & expedit reipublicae sciri, quia non tenetur poena illius legis: si verò non expedit reipublicae sciri, ut in aliquibus verbis, & exemplis illius legis, tunc indistinctè tenetur, modò dicat verum, modò falsum.

Et ex hoc potest decidi quaestio quam vidi de facto, si quis dixit alteri: ego non sum haereticus, nec proditor, nec sodomiticus vel similis persona, an teneatur praedicta poena quae imponitur à jure pro illa injuria, & videtur, quòd si illa cum ista verba profertur sit persona in qua reperitur illa qualitas vel delictum, & conveniat reipublicae sciri, non tenetur aliqua poena, si verò non conveniat reipublicae sciri, est nostrum dubium & quaestio, sed teneo, quòd indistinctè nullo casu possit puniri: quia non sequitur, quòd alium vocavit delinquentem, sed tantum quòd ipse qui talia verba protulit, non erat delinquens in casibus, & delictis per eum prolatis, & confirmatur quia in odiosis, quando aliquis bonus & justus sensus potest percipi, colligi, & considerari, non debet sumi argumentum à contrario sensu quòd ex eo referatur sensus odiosus reprobus & punibilis: & ex hoc dixi, & consului in quaestione de facto, quòd cum quis dixit alteri, ego non habeo Sarr Benia, in tali Ecclesia, non deliquit. Confirmatur etiam, quia non potest negari, quòd si ista verba sunt injuriosa, tantum est praesumptivè, sed ex praesumptione nemo damnatur poena corporali: ergo, & c. & secundum hoc videtur quòd possit extra ordinem puniri, sed ego teneo, quòd nullo modo teneatur, nec puniatur.

Item adde, quòd etiam ille, qui alium maledixerit sine causa, dicitur committere injuriam, ita Bonifacius tract. malef. in rub. de vana blasphemia, l. 1. col. in medio, & notabiliter Luc. de Pen. in l. omnes, de delator, §. col. l. 10. c. Advertendum tamen, quòd ille, qui dixerit alteri verba injuriosa, quae conveniant reipublicae sciri, puniatur quando erant falsa, & non vera, ut supra proxime dixi: tamen illud est verum, & debet intelligi quando scienter & dolose illa dixit, & protulit: Icus tamen est quando ignorante, vel ex aliquo errore, vel ignorantia ductus illa dixit, & protulit, modò talis error vel ignorantia protulit, modò non, text. est singularis in jure in leg. item, v. ff. de generali ff. de lib. caus. & ad hoc summe notat & commendat ibi Alberic. & alii Doct. antiqui, Gloss. ordinaria & ibi communiter Doct. in l. 1. ff. de abigeis, Gloss. etiam ordinaria in l. plagia l. 2. C. ad l. Fal. de plagia, & ibi Angel. de Perus. Salyc. & Bart. in l. iuste possidet, ff. de acquir. possess. fin. quest. & ibi communiter Moderni, idem Bart. in leg. 1. §. non autem ff. si quis res. liber. esse sul. fuer. fin. col. Bald. in l. 1. C. ubi caus. status, in fin. ubi dicitur quòd bona fides potest accusari ex iustis, vel iniustis & temerariis causis, & sequitur & commendat Jason in l. si quis id quòd, ff. de jurisd. omn. iud. 8. col. n. 35. Angel. de Perus. in leg. 1. §. hoc interdellum, & l. 2. ff. de vi & vi armat. Confirmatur etiam ex illa Gloss. singulari & ordinaria in l. 2. v. ff. si quis jus dicit, non obtem. in gloss. magn. in fin. ubi dicit quòd si quis non comparuit, citatus ex aliqua causa etiam injusta excusatur, quam ibi notat, & eam dixit singularem Bald. in l. liberi. C. de fideicom. liber. & ex praedictis in quaestione

de facto dixi, & consului, quòd cum quidam dixit, & affirmavit vidisse alium cum signo & habitu haereticorum & errore ductus credens, quòd illud erat signum eorum, & fuit deceptus, qui postea fuit ex hoc accusatus, & tandem fuit absolutus quia ex errore, & ignorantia dixit, & non ex dolo vel malitia.

Tertio modo fit alicui injuria facta, quando quis pollatus est ab alio manu, vel quolibet alio instrumento, vel domus ejus per vim introita ab alio, textus est capitalis & expressus in l. lex Corn. de injur. Cujus verba sunt. Lex Cornelia de injuriis competit ei, qui injuriam agere volet ob eam rem, quòd si pulsatum verberatumve, domum suam vel introitam esse dicat, textus in §. sed & lex Cornelia, Instit. de injur. textus in l. 6. tit. 9. 7. part. ubi ponit plura exempla, & adde quòd licet quis verè, & realiter alium non tangat, nec percussit, sed tantum admenavit, vel manus, instrumentam aliquid contra eum levavit, committit injuriam facti, textus est singularis & obivus in leg. item apud Labronem, §. si quis pulsatus, ff. de injur. Cujus verba sunt: Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levata, & saepe territus est, quasi pulsaturus, non tamen percussit, uti injuria um actione tenetur, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. dicens se nescire, alibi Alber. & illum reputat singularem & unicum Ang. de Perus. ibi Aug. de Aret. in reat. malef. in parte. admenavit, l. col. & ibi etiam additionator, Jas. in l. 1. §. hoc autem verba, ff. quòd quisque juris fin. col. n. 15. Hippod. de Marfil. in l. si qui cum velo, C. ad l. Cor. de fca. 13. col. n. 18. & idem disponit text. in d. Lin medio, tit. 9. 7. part. Quid autem si cum vellem offendere unum, alium in urivi, an teneatur? vide omnino in delicto homicidii.

Item adde, quòd injuria alicui facta, verbo, vel facto aggravatur, & potest dici atrox ratione ipsius facti vel ratione personae, vel ratione loci, ratione facti, quando injuria in se est magna propter atrocitatem vel magnitudinem vulneris: ratione personae quando persona cui fit est constituta in dignitate: ratione loci, quando in aliquo loco publico fit injuria, puta in foro, platea, coram multitudine hominum, text. est in l. prator dixit: §. atrocem injuriam, ff. de injur. textus in l. apud Labronem, §. hoc autem, v. ff. quòd uti prator, eod. tit. textus in §. atrox, Instit. de injur. Cujus verba sunt: Atrox injuria estimatur, vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus caesus, vel ex loco veluti, si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu praetoris injuria facta sit; vel ex persona, veluti si magistratus injuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronoque flat à liberis, vel libertis, & idem disponit & declarat l. 20. tit. 9. 7. part.

Item quaero, per quas personas fiat alicui injuria? & breviter dico quòd fit alicui injuria, quando immediate fit ejus personae. Item etiam, si injuria fit filio ejus existenti in ejus potestate. Item quando injuria fit uxori ejus. Item quando fit servo ejus, hoc tamen casu, quando est atrox injuria, vel in contumeliam domini facta text. in l. 1. §. item aut per semetipsum, ff. de injur. Cujus verba sunt: Item per semetipsum, cum directo ipsi patrifamilias vel matrifamilias fit injuria: per alias, cum per consanguinitatem sit, cum sit liberis meis, vel uxori,

Per quas personas fit injuria.